



Universitätsbibliothek Paderborn

Annalium Paderbornensium Pars ...

Complectens Inprimis Fusiorem Episcoporum Paderbornensium, Deinde Succinctiorem Historiam Reliquorum Per Westfaliam Antistitum, Tum Res Gestas Aliorum In Eadem Hac Regione Clarorum Virorum, Postremo Pontificum, Imperatorum, Principum &c. Gesta, maxime ea, quae Westfaliam contingunt

[772 - 1227]

Schaten, Nicolas

Nevhsii, 1693

Liber X. [1203 - 1227]

urn:nbn:de:hbz:466:1-7760

Decorative border with repeating floral and geometric patterns.

ANNALIUM
PADERBORNENSIIUM
LIBER X.

BERNARDUS III
in ordine XX,

OLIVERVS
XXI,

WILLEBRANDUS
XXII,

EPISCOP. PADERBORN.

Decorative border with repeating floral and geometric patterns.

ncepiscopum,
in paucis cele-
s ad immorta-
VI Imperato.
gationibus, ac
ere apud Otto.
uo Episcopatu
n Patriæ dixere
lica Cathedra-
inis instaurata,
eri & Martini
ourgum ad Di-
um inopum ac
Comites Tec-
erat, quibus sa-
s. Quare sum-
mis, qui ex Phi-
ugnatos; Op-
posteros etiam
rcuum, quæ in
cacuminibus,
nium operum
uctore adjuto-
estfaliæ floren-
bellorumque
adunt præterea
abdicato Epi-
nt,
is ipse superni
dibus aprus.
q, qui facit unum.
piscopatu reli-
e omnib⁹ Pon-
rmani, ut Go-
s præterquam,
patu abdicato,
e ista habeant,
e potuit, quod
ellarij munere
bornensis Epi-
i, ille Junio ex-
er vita animis,
os pro meritis

ANNA-



BERNARDUS

eo nomine III ac XX,

EPISCOPUS PADERBORN.

Annus Christi 1203.

Innocentij III Pont. 6.

Ottonis IV & Philippi Regum 6.

Bernardi III Ep. Pad. 1 inchoatus.

*Gobelin.
atat. 6. c. 63.
Bruschius
in cat. Epi-
scop.
Crant7.
Kerfenbro-
chius.*



*Bernar-
dus III ex
nobili
Ofedo-
rum fa-
milia xx
Episc. Pa-
derb.*

Annus Christi Mcciii, qui nobis Bernardum II Episcopum sustulit, idem mox nobis Successorem dedit Bernardum III, ex eadem illustrium Ofedorum Dynastarum familia, ex qua Bernardum I jam antè Paderbornensis Ecclesia sortita erat. Hanc verò Ofedorum familiam, quia Bernardus II sibi consanguineam scribit in tabulis Gerdensis Cœnobij, satis jam constat, tres consanguineos Episcopos ejusdem nominis intra unum sæculum Paderbornensi Ecclesiæ obtigisse; qui præclara omnes cum laude bonoque Episcopatum administravere. Habuit & Bernardus III sororem, Abbatissam Monasterij Bodecensis, quod tum celebre nobilium Virginum Collegium erat; nec aliæ tum præerant, quàm ex primaria nobilitate delectæ, qualis hæc Ofedorum erat. Sed grata non minus apud Canonicos manebat memoria Bernardi primi, præstantissimi, & præclare de Paderbornensi Ecclesia meriti Episcopi. Quo factum, ut cum egregiæ quoque Episcopi dotes virtutesque conspicerentur in Bernardo III, hunc illi ex Collegio suo concordiam omnium suffragatione delegerint Episcopum. Is deinde à Sigefrido Moguntino Archiepiscopo ac Metropolitano suo consecratus Episcopus; jura verò regalia ab Ottone Rege donata accepit, cui & fidem juravit. Utrumque constabit ex epistola Innocentij ad annum 1205 recitanda, qua Bernardo levitatem exprobrat, quòd his beneficijs ab utroque affectus, postea cum Adolpho Colonienfi & Joanne Trevirensi Archiepiscopis desciverit ad partes Philippi Regis.

Non eà concordia successit electio Monasteriensis Episcopi. Quippe

Quippe Hermannō mortuō, Priores et Ministeriales, ut Godefridus Godefrid. in Annal. Monast. Episc. refert, elegerunt Ottonem majoris Ecclesiæ Præpositum; Comites autem et liberi ipsius Altinensem Abbatem de Clabolt. Unde continuo Episcopatus Otto post diffensionem eligentium, studio Ottonis R. delectus. Casarius lib. 1. vitæ S. Engelb. c. 2. diversis calamitatibus pessundari cepit. At quod hic à Godefrido prætermisum est, scribit Cæsarius, Engelbertum videlicet Altenæ Comitem, qui tum Coloniensis Ecclesiæ Præpositus erat, eligentium suffragijs expetitur, designatumque esse Monasteriensis Episcopum in locum Hermanni; id verò sublime in Ecclesia munus cum ipse Engelbertus recusaret, obtenderetque adolescentiam, quod vigesimum secundum ætatis annum nondum egressus esset, acquievère Monasteriensis, suffragijs in alios conversi. Quanquam Engelbertus altiori in Ecclesia dignità à Deo designatus, delectusque post Coloniensium Archiepiscopus, Divorum numerum auxerit. Monasteriensium dissidia haud multò post composuit Otto Rex, qui per id tempus Tremonia versabatur; exclusisque nobilibus & Ministerialibus, liberam penes Canonicos electionem esse iussit. Id quod hæctenus tanto Pontificum labore ab Henrico V. & Friderico Imperatore expugnatum, veterique juri assertum erat; ut magnopore fallantur Monasteriensium factorum Scriptores, qui liberam sui Episcopi electionem primam Ottoni IV Regi ascribunt. Igitur Canonicorum concordibus suffragijs delectus Otto Bremensis Præpositus, ex illustri Comitum Hollandorum & Benthemensium familia: quam Beka in factis Ultrajectensibus à Florentio Hollandiæ Comite ad Theodoricum, ab illo rursum ad Florentium II & Ottonem fratrem, eumque Benthemensem Comitem ac Præfectum Twentia, à Balduino fratre & Trajectensi Episcopo impositum, deducit. Hujus Ottonis Comitis filius hic Otto delectus Monasteriensis Episcopus creditur, magnis tum familiæ viribus innixus; eoque in locum Hermanni, & in tutelam nobilis hujus Episcopatus expetitus: ita hi duo Regis studio Episcopatum ingressi.

Inter primas verò Principatus sui curas habuit Bernardus Episcopus noster, pacem atq; amicitiam firmare cum vicinis; è quorum numero Widekindus Corbeiensis Abbas, questus multa sibi è castro Desenbergo damna illata esse à superiori Episcopo. Hæc controversia in hunc modum per arbitros composita.

Bernardus tertius Dei gratia Paderbornensis Episcopus. Sciat præsens ætas et cognoscat universa posteritas, quòd bene primo tempore Pontificatus nostri Dominus Widekindus Corbeiensis Abbas questionem nobis movit super castro Desenberch, et super quibusdam damnis, quæ se à nobis, et maxime prædecessore nostro sustinuisse dicebat. Fideles itaque et Ministeriales et suæ et nostræ Ecclesiæ partes suas ad bonum pacis fideliter interponentes persuaserunt nobis, quòd compromissimus in arbitros et tactis Evangeliiis juravimus, quòd per omnia staremus ipsorum ordinationi. Statuerunt igitur quòd castrum Desenberg

Bernardi Ep. concordia cum Widekindo Abbat. Corbei. inita super castro Desenberg.

US

ORN.

ernardum II
obis Succes-
dem illustri-
a, ex qua Ber-
Ecclesia for-
miliam, quia
ribit in tabu-
constat, tres
a nominis in-
qui præclara
e. Habuit &
s, quod tum
um præerant,
um erat. Sed
Bernardi pri-
a meriti Epi-
i dotes virtu-
egio suo con-
deinde à Sige-
consecratus
epit, cui & fi-
tij ad annum
od his benefi-
ni & Joanne
Regis.
nis Episcopi.
Quippe

Desenberch pari labore et paribus expensis destrueremus, et quod de cetero montem illum nulli hominum conferremus, neque odii neque dilectionis contuitu, qui praesidium vel aliquam munitionem in eo exstrueret, sed terram faceremus arabilem, et omne emolumentum de novellationibus, decimationibus, et quibuscunque proventibus similiter haberemus. Si vero gravamen aliquod vel damnum huius rei causa emergeret, quod bono zelo et totis viribus nos vicissim iudicaremus. Ipsi quoque arbitri interposito juramento certos nos reddiderunt, sine necessitate exigeret, quod fideliter et efficaciter nobis assisterent. Statuerunt praeterea, si nos aliquid in novallis, molendinis, vel in aquis indubitate occupasse videremur, et Dominus Abbas ostenderet hoc sibi iure competere, quod amice dimitteremus, vel in beneplacito ipsius retineremus, et quod ipse idem faceret nobis, si forte aliqua iniuria à se vel à suis nobis esset illata. Statuerunt etiam, quod nec nos homines suos, vel ipse nostros ad aliqua cogat obsequia, et si aliquo casu factum fuerit, quod infra VI septimanas emendetur. Ad haec statuerunt, quod decima illi super LX mansos, quorum XXVIII sunt in Meinberge, et X in Hestene, et VIII in Kunecho, et Helgerssen, et VIII in Heiligeberche, et IV in Balderborch ab antecessore nostro collata, adiceremus decimam super XL mansos extirpandos in bonis Corbeiensis Ecclesiae redditibus Domini Abbatis, et fratrum praebendam specialiter pertinentibus, nulli alii prius conferendam, nisi horum XL mansorum cum praedictis LX numerus adimpleatur, et annonam, quam praedecessor noster in commutationem illius decimae de jam dictis LX mansis acceperat, et Comiti Amelungo de Parburneu postmodum feudali jure concessit, assignavimus XX moldra eiusdem mensurae, et annonam in curia Winethe, donec ea à Comite possimus absolvere et in proprietatem Corbeiensis Ecclesiae reducere valeamus. Volentes igitur venerabili et dilecto amico nostro, et Ecclesiae suae, quantum in nobis est, providere, Successores nostros cum consensu Capituli nostri in eadem pacta obligavimus, et quia facta hominum cum hominibus transeunt, nec constitutio nostra post diem vocacionis nostrae oblivionis contingat nube fuscari, praesentem paginam sigillo nostro, et sigillo Ecclesiae nostrae communitam posteris nostris in argumentum veritatis transmittimus, auctoritate Dei et Sanctorum omnium, et nostra distributione mandantes, ne quis ullo ingenio contra haec ordinationis pacta venire praesumat. Acta sunt haec anno Incarnationis Domini MCCIII Indictione VI Pontificatus nostri Anno I. Testes huius rei sunt Lambertus Praepositus, Tidericus Decanus, Henricus Praepositus sancti Petri, Tidericus Scholasticus, Conradus Custos, Johannes Cellerarius, Vulframmus, Hermannus novae Ecclesiae Praepositus, Hermannus, Tetmarus, Cratto, Everhardus, Volquinus, Conradus, Hermannus, Volobertus, Frathericus, Adolfus. Laici: Bernhardus Bercule, Hermannus de Scardenberch, Bernardus de Northe, Hermannus Comes de Wartberch, Heinricus Dapifer de Parborne, Hermannus Pincerna, Gerhardus Scultetus, et iidem hi fuerunt arbitri Domini Episcopi de praedicta ordinatione. Fuerunt autem hi arbitri Domini Abbatis: Bodo de Hoeborch, Hermannus Bercule, Conradus de Amelungessen, Raveno de Ortberche, Ludolfus dictus Burgavius, Arnoldus de Porta, Henricus de Lutmerfen. Ac

Ac licet tum in everfionem Dafenbergæ convenerit inter Epi- scopum & Abbatem; non tamen vetus illud castrum, quod tam cele- bre hæcenus fuit à prima Caroli M. expugnatione, ita everfum, quin posterioribus sæculis reparatum fuerit; ut multis exponit Ferdinan- dus Episcopus noster in monumentis Paderbornensibus. Et verò quia magnæ per id tempus auctoritatis erat Widekindus Abbas. Inter præfules; qui Ottonis partes tuebantur, Innocentius Pontifex brevè quoq; diplomatis scripto omnia jura Corbeiensiu, & privilegia à ma- joribus data, ad præces Widekindi, Apostolica auctoritate præmunijt.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Widekindo Abbati Corbeienfi salutem et Apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis, et honestis petentium precibus favorem benevolum im- periri. Eapropter Dilecte in Domino fili tuis justis postulationibus grato con- currentes assensu, libertates, immunitates, et dignitates Monasterio Corbeien- si per prædecessores nostros indultas, et eorum privilegii confirmatas, exempti- ones etiam secularium exactionum per Principes seculares concessas eidem au- thoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infirm- gere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpse- rit, indignationem Omnipotentis Dei, et B.B. Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Anagninae 2 Idus Decembris. Pontificatus nostri anno sexto.

Confir- mantur ab Inno- centio Pont. im- munita- tes Cce- nobij Corbei- enf.

Annus Christi 1204.

Innocentij III Pont. 7.
Ottonis IV & Philippi Reg. 7.
Bernardi III Ep. Pad. 1.

Turbulentissimus dehinc sequitur annus, quo Philippus Rex primum cum exercitu intravit Saxoniam, disjecturus Hartingiber- gum castrum, ex quo Goslatienses, ut diximus, ad extrema propè in- festabantur. At postquam Ottonem Regem cum Saxonum exercitu sibi occurrentem didicit, convocatis in consilium belli præfectis, fa- tius habuit in præsens recedere, quàm prælium cum periculo cladis subire. Haud multo post, mense Julio, cum validiorem contraxerat exercitum, Thuringiam ingreditur, ad Landgravium Ottõnicarum partium debellandum. Ille cum molem belli in se trahi videret, evoca- to in auxilium Bohemo, ausus est rem prælio velle committere; at Bohemi, gens levis, terri Germanorum armis, noctu è castris pro- fugiunt. Quorum ope destitutus Landgravius, cum & à Bohemis, & Regijs provincias suas extremum vastari videret, Philippo supplex reconciliatur. Hoc successu Philippus Rex lætus, Andernacum mo- vet; ac per Joannem Trevirensis Archiepiscopum, per Spirensis, atque Constantiensis Episcopos, Adolphum Coloniensem Archie- piscopum

Godofridus Arnold. Lub. lib. 7. Ursberg. Trübem. Nancier.

Res Phi- lippi R. delci- scentibus ad eum pluribus Principi-

bus &
Episco-
pis, eri-
guntur.

piscopum sollicitat. Valuit ad id cum primis Wilhelmi Juliae Comi-
tis opera, viri callidi, qui cum jam ante comperisset Coloniensem in
fide Ottonis nutantem, & numerorum corruptioni obnoxium;
Philippo auctor est, offerat Colonienfi 900 marcarum munus, Sal-
veldiae possessiones, aliaque Ecclesiae suae bona, quae subtraxerat, red-
denda. Quibus Archiepiscopus delinitus, turpi pactione inita, ab
Ottone ad Philippi partes transit, immemor famae, juramenti, Pon-
tificis gratiae, & beneficiorum ab Ottone acceptorum. Laboratum
deinde in Henrico Brabantiae Duce traducendo ad Philippi partes, ad
quod Colonienfis omne studium obtulit, nec res successu caruit.
Quippe haud multo post, festo D. Martini, Confluentiae aliis con-
ventus indictus, in quo Colonienfis & Brabantius palam Sacra-
mentum fidei dixere Philippo, & quo nihil Philippo gratius accide-
re potuit, ultro respondit Colonienfis, se Philippum Aquilgrani pri-
mo, quo vellet, die inuncturum Regem, quod proximo dehinc an-
no factum est. Tum vero res Ottonis procidere, & Philippi potentia
assurgere visa. Jam & Henricus Palatinus ab Ottone fratre ac Rege
discesserat ad Philippum, metu Philippi Regis, qui Palatinatum Rhe-
ni se illi adempturum minabatur. Qua repentina mutatione rerum
Archiepiscopus Trevirensis, & Abbas Corbeiensis, & Bernardus Epi-
scopus noster ad Philippi partes transiere, haud levi nominis aspersa
macula. De ceteris Saxoniae praesulibus nihil compertum habeo. Ber-
nardus interim hoc anno controversiam, quae inter sororem ejus Ger-
trudem, Abbatissam Bodecensis Collegij Canoniarum Virginum,
ac Dapiferum ejus intervenerat, hoc anno per arbitros composuit.
Quam in rem tabulae hae publicae apud nos asservantur.

Contro-
versia,
quae erat
inter Ab-
batissam
Bode-
censem
& Dapi-
ferum
ejus, a
Bernar-
do Episc.
compo-
nitur.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Bernardus Dei gratia
Paderbornensis Ecclesiae Electus omnibus fidelibus, ad quos pagina ista perve-
nerit, perpetuam in Domino salutem. Venerabilis soror nostra Domina Ger-
trudis Budecensis Abbatissa accessit aliquando ad praesentiam nostram, et co-
ram nobis conquerenda proposuit, quod Conradus miles Dapifer ejus occasio-
ne officii sui in multis eam vexaret indebite, et quod sub specie ministrandi
multa in praesudicium ipsis faceret, quae nunquam ab aliquo antecessore fuisset
tentata. Causa igitur pari consensu partium et nostra permissio-
ne a iudicio translata fuit ad arbitros, et per eos decisa. Acta sunt
haec anno Dominicae Incarnationis MCCIII. Indictione VII. sedente Do-
mino Innocentio, regnante Domino Ottone. Testes huius rei sunt Lambertus
Praepositus, Henricus Decanus, Conradus Custos, Thidericus Scholasticus,
Johannes Cellerarius. Laici Amelungus Comes, Henricus Dapifer, Gerar-
dus, Anselmus, Hildeboldus, Helinovicus, Henricus, Bertoldus. Et Budecen-
sis Ecclesiae Ermenetrudis Praeposita, Cysla Decana, Justina, Margareta.
Clerici Henricus, Theodoricus, Hermannus, Bertoldus. Layci Thietmarus
advocatus, Heremannus, Hereboldus, Henricus, Basilius, Ludolfus, Rotghe-
rus, Luitfridus, et alii plures.*

Hisc tabulis, quia inter Virgines ejus collegij Præposita & Decanantatur, satis simul proditur, institutum Canonicatum Virginum eo quoq; tempore, uti Bodeca à D. Meinolpho introductum erat, viguisse; quemadmodum id in Heriyordensi, Herisensi, alijsq; per Saxoniam ejusmodi Virginum Collegijs antiquis monumentis com- monstravimus. Producuntur, & alia litera hoc anno data ex tabula Otto Colonienfi, quibus Otto Rex, in conventu Episcoporum & proce- rum, Adolpho Colonienfi Archiepiscopo Salveldienses possessiones aliaque prædia ac bona Ecclesie Colonienfi reddit. *Testes hujus rei* Dithmari Mindensis, et Bernardus Paderbornensis Episcopus, Præpositus Sandensis, Præpositus Bonnensis Bruno, Mechtildis Ducissa Brabantie, Baldu- nus Comes Flandria, Otto Gelriensis, Arnoldus Comes de Clive, Henricus Co- mes Seimensis, Simon Comes de Teclenburg, Arnoldus Comes de Altena, Wilhel- mus Comes Juliacensis, Gerhardus Comes de Are, Conradus de Dicke, Gisbertus et Rutgerus de Brempte, Otto de Wickerode, Henricus et Gerlacus de Welme- stein, Hermannus Advocatus Colonienfis, Hermannus de Altere Marschallus, Otto Camerarius, Reinerus de Reecke, Albertus de Torcke, et alii plures honorati viri. Tabulas hæc et si sinceras agnoscam, superiori tamen aliquo potius, quam hoc anno consignatas dicere libet; quod in his Baldu- nus Flandriae Comes testis sistatur, qui per id tempus in Graciam pro- fectus, hoc anno Constantinopolim cum Dandalo Venetorum Duce expugnavit, & à Teutonicis Constantinopolitanus Imperator appel- latus est, quod vel ex ejus literis, ad Adolphum Coloniensem Archiepi- scopum super hac felici expeditione datis, constare poterit; ut Bernar- dum potius secundum, quam tertium hic testem produci censeam.

Quæ dum in Imperio fiunt, res Christiana multò laudabilius per Westfalos & Saxones in Livonia agitur. Nam ex quo à Cœlestino Pontifice harum gentium conversio excitata adjutaque est, ut Arnol- dus Lubecensis scribit, ex tota Westfalia, Saxonia et Frisia Prælatorum, Clericorum, militum, negociatorum, pauperum et divitum conventus fuit, qui Lubeca comparatis navibus, armis, et annona in Livoniam pervenerunt. Quos inter multi sublimes ac nobiles signo crucis insigniti arma suscepunt ad barbaras gentes perdomandas, & cultum Christi pro- pagandum. His auxilijs inflammatus Bertholdus, qui secundus post Meinardum Livoniae Episcopus fuit, & Bremæ ab Hartwico II Archi- episcopo consecratus, mirifice religionem christianam per Livoniam propagavit firmavitque. Is vero hoc anno, cum exercitum cruce si- gnatum deduceret adversus Estios, Livones, Barbarosque Christianis infestos, incidit cum duobus socijs in manus hostium, à quibus in- teremptus est. Ceterum corporibus aliorum æstatis calore putrefa- ctis, Episcopi corpus postea intactum incorruptumque repertum est, Bertholdo subrogatus Albertus Bremensis Canonicus, ætate quidem juvenis, sed morum gravitate, è prima Saxonie nobilitate, zelo religi-

D d d d d

onis,

Arnold.
Lubec.
Godfrid.

Arnold.
Lub. lib. 7.
c. 9.
Baithasar
Ruffon.
in Chron.
Livon.
Histor.
Bremens.
Archiep.
Gelenus in
suffrag.
Duglossus
sen Joannes
Longinus
histor. Po-
lon lib. 6.
Chytraus in
Livonia.
Berthol-
dus Li-
vonum
H Episc.
occidi-
tur.

Comi-
nientem
broxum;
unus, Sal-
xerat, red-
neinita; ab
nenti, Pon-
laboratum
partes, ad
essu caruit,
alius con-
lam Sacra-
ius accide-
isgrani pri-
dehinc an-
pi potentia
re ac Rege
natum Rhe-
ione rerum
ardus. Epi-
inis aspera
abeo. Ber-
m ejus Ger-
Virginum,
composuit.

is Dei gratia
na ista per ve-
Domina Ger-
stram, et co-
reus occasio-
e ministrandi
tecessora suis
nostra permis-
Acta sunt
sedente Do-
nt Lambertus
Scholasticus,
pifer, Gerar-
Et Budeca
Margarita.
Thietmarus
olfus, Rotghe-
Hilce



Albertus
illi sub-
rogatus
subsidiis
contra
Livones à
Pontifice
efflagitat.
*Odericus in
hyst. Eccles.
Innocent.
epist. 139.*

Et pri-
mus Li-
vonie
Archie-
piscopus
constitu-
tus, rem
christia-
nam val-
de pro-
movet.

*Mon-
ach.
Lub.*

*Mon-
ach.
Lub.*

*Mon-
ach.
Lub.*

*Mon-
ach.
Lub.*

*Mon-
ach.
Lub.*

*Mon-
ach.
Lub.*

onis, & magnis ad res gerendas animis plenus, Innocentium Pontifi-
cem appellavit, misso, ut quidam volunt, Bernardo Lippiceni Abbate &
Theodorico Romam pro subsidijs sollicitandis. Pontifex, ut rem tanti
momenti promoveret, Sacerdotes, Clericos, & quotquot è nobili-
tate & populo Saxonico cruce signati ad profectiorem in Palæstinam
venerant, cohortatur ad Livoniæ expeditionem: ob id vota eorum,
quæ fecerant, in hujus profectiorem accelerationem commutavit.
Qua super re extat Innocentij epistola ad Henricum Bremensem Ar-
chiepiscopum, ceterosque provinciales ejus & Saxonie Episcopos,
Nova inde Saxonum & Westphalorum expeditio suscepta in Livoni-
am. His Albertus Episcopus confirmatus, majoraque aggressus, Ri-
gam urbem primùm condidit; in qua & primus Livoniæ Archie-
piscopus confedit; postquam auctoritate Pontificis impetrata, no-
vos Episcopatus, Uggensensem, & Dorpatensem, seu, ut alij volunt,
Seloniensem atq; Estiensensem instituisse. Seloniensem primus postea
Episcopus Bernardus de Lippia, Estiensensem verò Theodoricus Alberti
consanguineus. Inde Albertus alios atque alios Episcopatus crexit.
Ac mirum, quàm feliciter Christi religionem, Pontificis auctoritate
& studio recreatus, provexerit: quos Clericos & Monachos, quos no-
biles & milites in sacram militiam adscriptos, ex Westphalia & Saxonia
in vineam illam attraxerit. Auctor est Duglossus, per id tempus ordi-
nem fratrum, qui de militia Christi nuncupatus, insigne gladij super
integumentum insuti gessit, ab hoc ipso Alberto Episcopo formatum,
objectumq; barbaris; eòq; & tertiam partem bonorum Ecclesiæ Rigen-
sis in dotem assignatam adeptum. Quem ordinem Gregorius
nonus deinde Teutonico ordini conjunxit, & Archiepiscopi Rigen-
sis aliorumque præsulum jurisdictioni subjecit. Quapropter Ar-
noldus Lubecensis de Alberto, non facillè dixeris, *quantam invenerit
gratiam apud Reges et Magnates, qui ei pecuniis, armis, et navibus subven-
runt; inter quos Dominus Andreas Archiepiscopus Lundensis, Bernardus Pa-
thelbrunnensis, Iso Verdensis Episcopi, qui manus pro illo opere consecrârunt.*
At quæ Bernardus Episcopus noster præstitit, tempori memorabo.

Annus Christi 1205.

Innocentij III Pont. 8.

Ottonis IV & Philippi Regum 8.

Bernardi III Ep. Pad. 2.

*Godefrid.
Ursberg.
Arnoldus
Lub. lib. 7.
Trubem
Crant. lib.
7. Sax. c. 23.
Odericus in
hyst. Eccles.*

Vix dum præcedens annus exierat, cum Philippus Rex Adolphi Co-
loniensis & Ducis Barbantiae, ceterorumq; ad suas partes accessione
confirmatus, cum florente exercitu, magnoque Principum & proce-
rum comitatu, Aquisgranum properat. Nec mora, vi Idus Januarij,
atque ipso festo Epiphaniæ, ab Adolpho Coloniensi Archiepiscopo in-
unctus Carolino solio imponitur: simul Irene conjux Isaaci Angeli
Con.

Constantinopolitani Imperatoris filia, diademate regio decorata ab Adolpho, frustra Sifrido Moguntino & Joanne Cameracensi Episcopo, qui ob id Coloniam acceperant, Pontificis nomine, minas, anathemata, & dejectionem à gradu Episcopalis muneris intentantibus. Verfabatur & Otto Rex per id tempus Coloniae in fida sibi urbe, animo & corpore aeger, consternatusque ad tantam rerum mutationem; quod non nisi paucos in Saxonia Episcopos & Principes in fide retineret. Ausus interim Moguntinus & Cameracensis, Pontificis ad hanc rem Legati, Coloniensem publice in Basilica S. Petri & per omnes urbis Colonienfis Ecclesias anathematis poena proscribere, ac nisi intra mensem Romae Pontifici satisfaceret, Archiepiscopatu exuendum denunciare. Idem Pontifex, scriptis ad Clerum & populum Coloniensem literis, per omnes Colonienfis diocesis Ecclesias vicinosque Episcopatus vulgari iussit. Quem in modum ad ipsum quoque Coloniensem Archiepiscopum scribit Pontifex, exprobratoque perjurij facto, hortatur ut ad Ottonis partes redeat. Haud minus acerbis literas dedit Pontifex hoc anno ad Trevirensis Archiepiscopum, Bernardum Paderbornensem Episcopum, & Widekindum Corbeicensem Abbatem, quod deserto Ottone Rege, ad Philippum transierint. Literas ad Episcopum nostrum, quae sic habent, hic referre juvat.

*Quam detestabile sit crimen perjurii, veteris testamenti lectio manifestat; nam cum praecepisset Dominus Israelitis, ut universos habitatores terrae, quam eis promiserat, de ipsa deleverent, propter fœdus, quod Josue cum Gabaonitis inivit circumventus, et juramentum quod Principes multitudinis praestiterant eidem incaute, Gabaonitis mortis periculum evitarunt, licet interrogati si in terra, quae filiis Israel sorte debebatur, forsitan habitarent, qui de terra longinqua venerant respondissent. Præterea, quae poena mendacibus debetur, Anani et Saphira mors subita proficitur, qui quoniam mentiti fuerant Spiritui sancto, à conspectu Apostolorum Principis, cuius sumus licet immeriti Successores, mortui sunt educi. Cum ergo vel nulla vel modica distantia sit inter perjurium et mendacium Sacerdotis, dicente scriptura, quod verba Sacerdotis, aut vera sunt, aut sacrilega, debent Ecclesiastici viri, et praesertim qui Praelationum obtinent dignitates, reatum perjurii et crimen mendacii penitus evitare, et sic fugere inconstantiae levitatem, ne vœ sit eis, si terram duabus viis ingredi convincantur, et si culpam meruerint, non effugiant disciplinam. Miramur igitur non modicum et moveamur, quod cum Karissimo in Christo filio nostro Illustri Regi Ottoni in Rom. Imp. electo fidelitatis praestiteris juramentum, et ab eo de regalibus fueris investitus, postquam per ventum, * S. Moguntinum Archiepiscopum consecrationis beneficium suscepisti, tepuisti quasi penitus circa eum, et ipsi tuae devotionis obsequium subtraxisti. Ne igitur subditis tuis occasio fias similis levitatis, qui eis fortitudinis et constantiae debes exempla praestare fraternitatem tuam monemus, et exhortamur attentius, et per apostolica tibi scripta praecipiendo mandamus, quatenus sic*

Ddddd 2

Philippus
R. à Co-
lonienfi
Archiep.
corona-
tur.
Impro-
bante
Pontifi-
ce.

In registro
Innocentii
epist. 122.
Odoricus in
hist. Eccles.
Qui de-
fectio-
nem ab
Otone
R. cum
ceteris,
tum Ber-
nardo
Ep. no-
stro ex-
probrat.

* Sifridum

tium Pontifi-
ceni Abbate &
x, ut rem tanti
uot è nobili.
in Palæstinam
vota eorum,
commutavit.
reimensem Ar-
ia Episcopos,
pta in Livoni-
aggressus, Ri-
voniz Archie-
mpetrata, no-
ut alij volunt,
primus postea
loricus Alberti
opatus crexit.
cis auctoritate
chos, quos no-
alia & Saxonia
d tempus ordi-
ne gladij super
po formatum,
n Ecclesiae Ri-
em Gregorius
piscopi Rigen-
uapropter Ar-
antam invenerit
vibus subven-
s, Bernardus Pa-
ere consecravit.
i memorabo.

ex Adolphi Co-
rtres accessione
ipum & proce-
dus Januarij,
chiepiscopo in-
x Isaaci Angeli
Con.



de cetero in ejus fidelitate persistas, et sic ei patenter adhaereas et potenter, quod praterita negligentia per subsequentem diligentiam expietur, nec tam cito incurrisse notam perjurii videaris, quia id non possemus equanimiter tolerare. Datum Romae apud S. Petrum, III. Id. Martii, Pontificatus nostri anno octavo.

In eandem prope objurgationis formam scriptum à Pontifice ad Corbeiensem Abbatem; quanquam longè acerbiores literæ ad Trevirensis Archiepiscopum ob eandem causam à Pontifice sine scripta, quæ in historia Trevirensi prætermittuntur recitantur inter Innocentij epistolas. At quantum laboravit Pontifex scriptis superiori anno ad Bremensem & Magdenburgensem Archiepiscopos, & hoc anno datis ad universos Germaniæ Principes, ad Moguntinum & Hildesimensem Episcopos, ad Landgraviûm Thuringiæ, Henricum Palatinum Ottonis fratrem, ceterosque literis; tantum Philippus Rex occupatus fuit in devinciendis sibi ceterorum Episcoporum ac Principum animis. Ac de nullo magis retinendo in fide sollicitus fuit, quàm de Adolpho Coloniensi Archiepiscopo; cui novis donationum tabulis sub initium hujus anni Westphaliæ & Angariæ Telonia, jura monetæ, ceteraque bona & privilegia Aquisgrani instauravit. *Testes hujus rei Diethelmus Constantiensis, Conradus Spirensis, Henricus Wirtzburgenensis, Henricus Argentinenensis Episcopi, Ludovicus Dux Bavariæ, Henricus Dux Lovaniæ, Simon Dux Lotharingiæ, Bernardus Dux Saxonie, Henricus Comes Palatinus, Otto Gelriensis, Wilhelmus Juliacensis, ceterique Comites et proceres Regni.* Horum potentia & studio subnixus Adolphus Coloniensis Archiepiscopus, pertinacissimè Philippo inhæsit. Quare ex mandato Pontificis per Sifridum Moguntinum & Joannem Cameracensem Episcopos ab Archiepiscopatu dejectus; factaque Clero potestate eligendi alium Archiepiscopum, subrogatus est Bruno Bonnensis Præpositus, & Comes Seinenensis. Inde omnia per diocesim Coloniensem turbis, spolijs, & armis partium permixta. Accessit post Natalem Virginis Philippus Rex cum prævalido exercitu, transitoque Mosella, festo D. Michaëlis Coloniæ obsidione aggressus est; sed oppugnata in quintum diem urbe, cum Ottoniani ac cives pari alacritate resisterent; Philippus rebus desperatis, Novesium traduxit exercitum. Urbs hæc postquam acriter oppugnata viribus suis diffideret, Regi se permisit; quam ille mox Adolpho subactam tradidit.

Gelen lib. 1.
de Engelb.
notat ad
c. 3.
Philippus
R. novis
beneficijs
Archiep.
Colon.
sibi de-
vincum
retinet.

Adolphus
Archiep.
Colon.
ab Epi-
scopatu
dejectur.

Exemit hic annus è numero mortalium Ludolphum Magdenburgensem Archiepiscopum, & Rudolphum Verdensis Episcopum; Magdenburgensi subrogatus Albertus Præpositus; Verdensi Ifo, vir magnæ pietatis, & Bernardo Episcopo nostro conjunctissimus.

Annus Christi 1206.

Innocentij III Pont. 9.

Ottonis

Ottonis IV & Philippi Reg. 9.

Bernardi III Ep. Pad. 3.

Anno proximo eadem belli tempestas rursus incussa in Colonien-
 sibus. Quippe Philippus Rex cum exercitu ad inferiorem Rhenum
 cum Adolpho Archiepiscopo regressus, nihil impensius habuit, quam
 exauctoratum Archiepiscopum in integrum restituere. Quare in di-
 cesin effusus omnia spolijs, flammis, & terroribus per militum li-
 centiam complet. Spectabat hæc Otto Rex, qui Colonia versabatur,
 & Bruno Archiepiscopus recens à Sifrido Moguntino Archiepiscopo
 consecratus. Et impares licet viribus, ausi tamen sunt cum quadrin-
 gentis equitibus, & duobus millibus peditum paulatim hosti occur-
 rere, adjuncto sibi Limburgo urbis præfecto. Sed is quod ex compo-
 sito cum Philippinis dolo ageret, copias in palustria insidiarum loca
 deduxit, & primus profugit. Restitère aliquamdiu fortiter Ottoni-
 ani, ad ultimum profligati. Otto Rex & Archiepiscopus, quò saluti
 consulèrent, in vicinum castrum Wassenbergum se recepère. Insecu-
 tus Philippus castrum incinxit. Ibi in extemum uterque discrimen
 pervenit, quòd locus infirmior esset, quàm ut defendi posset. Quare
 Rex Otto, capto ex arena consilio, cum tribus socijs noctu profugit,
 & per medios hostes elapsus, incolumis Coloniam pervenit. Expu-
 gnatum postridie castrum, captusque Bruno Archiepiscopus ad Phi-
 lippum Regem protrahitur; ejusque mox jussu, ferreis compedibus
 constrictus, Herbipolim abripitur in carcerem, in quo per annum
 in vinculis jacuit. Colonien-
 ses ubi conspexère omnem belli Imperij
 que molem in se verti, consilio Ducis Brabantia ac nobilium, per Le-
 gatos Philippum Regem Boppardiae adeunt, seseque submitunt; à
 quo mox Spirensis Episcopus missus Coloniam, cui cives juramen-
 tum fidei dixerè. Hoc successu etiam Adolphus Colonien-
 sis Archie-
 piscopus est reductus in sedem; nec tamen ullam sacrorum partem
 ausus contingere, quòd anathematis adhuc vinculis illigatus tenere-
 tur. Non destitit interim Pontifex literis suis animare Brunonem Ar-
 chiepiscopum subrogatum, omnemque in eo operam ponere, ut
 Monasteriensem & Osnabrugensem provinciales suos Episcopos, po-
 stulato etiam juramento, Ottoni conjungeret; at serò hæc ageban-
 tur. Rebus enim in hunc modum repente conversis, Otto Rex Co-
 loniam Brunswicum discessit; ac ne inclinantem fortunam bellumq;
 secum traheret in Saxoniam, per mare in Angliam transijt, patris ja-
 ctatus fati; ubi & à Joanne Rege avunculo suo, & nobilitate hono-
 rificè susceptus, liberaliterque est habitus.

Tum & Sifridus Moguntinus Archiepiscopus, qui eadem peri-
 culi nave vehabatur, clam se Colonia subtraxit, ac Romam profectus,
 benigniusque ab Innocentio Pontifice exceptus, ab eodem, ob con-
 stantiam fidemque Apostolicæ Sedi præstitam, haud secus quam an-
 te

Godefrid.
 Pantal.
 Casarius
 lib. 7.
 Arnold.
 Lub. lib. 7.
 Robert. de
 Monte.

Bruno
 Adolpho
 suffectus
 à Philip-
 po R. ca-
 ptivus
 detine-
 tur.

Coloni-
 enses Phi-
 lippo se
 subinci-
 unt, à
 quo &
 Adolpho
 sedi suæ
 restitui-
 tur.

Innocent.
 epist. 127.

te ipsum Conradus Archiepiscopus, in Cardinalium numerum est cooptatus: mansitque biennium Romæ, dum mors Philippi reditum illi ad Archiepiscopatum aperiret.

Pontifex
Bulstorfianis
privilegia
sua confirmat.

Innocentius præterea, qui tam benignus erat in omnes, hoc etiam anno, ob quam nescio malevolorum insolentiam a Canonicis Bulstorfianis interpellatus, florenti illi Collegio omnia privilegia bonaque a Meinwero conditore donata, Apostolica auctoritate præmunijit.

Innocentius Episcopus Servus servorum Dei. Dilectis filiis Canonicis Ecclesie SS. Apostolorum Petri et Andreæ Paderburn. salutem et Apostolicam benedictionem. Commisse nobis administrationis officium exigit, et integritas rationis exposcit, viros Ecclesiasticos sincera caritate diligere, et ne indebitis graventur molestiis, Apostolica protectionis clipeo conservare. Ea propter Dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, Ecclesiam vestram cum omnibus, quæ in presentiarum legitime possidet, aut in futurum justis modis Deo propitio poterit adipisci, sub beati Petri et nostræ protectione suscipimus. Quidquid autem bonæ memoriæ M. quondam Paderburn. Episcopus eidem Ecclesie vestræ tam in decimis quam in curtiis, in arcibus et parochia, quæ consistit in quinque villis, videlicet Aspera, Hildelingshusen, Hasvorthhusen, Hobensli, Albetinghusen rationabiliter contulit, sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis, eidem Ecclesie vestræ auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communitimus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lateran. XIII. Calend. Decembris, Pontificatus nostri anno nono.

Moritur
Dithmarus
Episcopus
Mind.
vir insignis
pictatis &
temperantia.
Chron.
Mindens.

E Saxonici Episcopi amisit hoc anno Minda Dithmarum, virum omnium virtutum ornamentis conspicuum. Gubernavit is Ecclesiam suam per 20 annos inter turbulenta Saxonie tempora, ea in Deum religione, temperantia cibi potusque, ut vitæ exitum Deus insigni miraculo illustravit. Nam cum pro more per sacratissimos Quadraginta dies solo pane & aqua victitaret, ac viribus deficeret, Deus aquam e puteo hausit convertit in vinum; ille, cum se a famulo delusum putaret, aliam adferri iussit; at hausta iterum iterumve aqua in vini liquorem commutata est. Successor illi fuit Henricus, à Crantzio prætermisus, eo forte, quod triennio tantum Episcopus vixerit.

Annus Christi 1207.

Innocentij III. Pont. 10.

Ottonis IV & Philippi Reg. 10.

Bernardi III Ep. Pad. 4.

Godfridus.
Arnold.
Lub. lib. 7.

Tandem in his calamitatum fluctibus, cum omnia ad unum Philippum fortuna devolveret, Principes diuturni belli pertæsi, cœpère

pere consilia concordiae inter Philippum & Ottonem agitare. ^{Ursberg.} Ejus ^{Otto à S.} ^{Blasio.} ^{Princi-} ^{pes Im-} ^{perij de} ^{paxe} ^{concili-} ^{anda agi-} ^{tant.} rei spes oblata ex colloquio Sinzichij ad Rhenum habito, in quo Prin-
cipes sensere Philippum ad pacem pronum; eoque secundo Rheno
Agrippinam deductus, in pervigilio Paschae urbem ingreditur. Quem
Clerus populusque obviam effusus ingenti cum laetitia excepit. Per
aliquot istic dies commoratus, publice pro Germanorum Regum in-
stituto jus dixit; ejusque decreto status Reipubl. compositus, iniqua
vectigalium exactiones sublatae, adulterina moneta proscripta, &
quae pacis justitiaeque fuere, ad veteres leges reducta sunt. Quibus ita
se omnibus commendavit Imperij Principibus, ut Legatos mitterent
ad Pontificem, Wolfgerum Patriarcham Aquileiensem, & Goboar-
dum Burgravium Magdenburgensem, aliosque honoratos viros, ro-
gatum, vellet calamitatum Germaniae misereri, & pacis, quod coepe-
runt, negotio animum & consilia impendere. Ad quae Principum po-
stulata Pontifex misit Hugonem Ostiensem Episcopum, & Leonem
S. Crucis presbyterum, Cardinales in Germaniam Legatos; quibus
etsi potestas data sit Philippum absolvendi a vinculo anathematis, pa-
cem tamen ab ipsis ea lege confici voluit, ut Brunonem Coloniensem
Archiepiscopum vicissim laxaret Philippus, & Adolphus exauctora-
tus Coloniensis Archiepiscopus Romae se sisteret ad satisfactionem,
Igitur pax primum Spirae in publico conventu Principum tractata,
deinde Augustae festo D. Andreae conclusa: ubi cum Philippus Rex
Brunonem Archiepiscopum vinculis captivitatis exsolveret, Legati
Pontificis Adolphum sacris vinculis laxatum Ecclesiae reconciliarunt.
At nondum inter ipsos Reges transactum erat; expectabatur enim
Otto ex Anglia: qui cum interea, ingenti pecunia adjutus ab Angliae
Rege, redisset in Saxoniam, alius Northusij ad Christi Natalem comi-
tiorum dies indictus; quo cum Legatis Pontificis convenere uterque
Regum, & frequens Episcoporum, ceterorumque Principum multi-
tudo. Postquam multa agitata, tandem concordiae copulandae causa,
per Legatos Pontificis oblata Ottoni Beatrix filia Philippi Regis in
matrimonium cum Alemanniae ducatu, ea lege, ut regnum & Regis
titulum relinqueret Philippo, dum viveret, eo vero mortuo, succe-
deret in regnum. Otto licet his multum oblectaretur, majoraque
offerret Philippo; quia tamen res suas accisas videbat, omniaque Prin-
cipum studia vergere in Philippum, pacis leges vel invitus admittere
necesse habuit; id quod Quidlenburgi in postremo conventu per-
tractatum tradit Ursbergensis. Ita demum post decennale bellum,
quo Regnum non minus, quam Sacerdotium foede laceratum fue-
rat, pax Germaniae reddita est.

Annus, quo haec agebantur, quartum fuisse Bernardi Episcopi
nostri, contestatum habemus binis ejus tabulis, quarum alteris Ger-
densi Virginum Coenobio praecalam donationem fecit: alteris duo
praedia

prædia commutavit cum Gerdensibus Virginibus, recepto illo, quod Episcopi castro Iburg commodius adiacebat. Quod argumento est celebre illud castrum Iburgense, ex quo à Carolo M. expugnatum, donatumque fuit Paderbornensi Ecclesiæ perpetua inde possessione retentum fuisse. Acta hæc referuntur *anno Domini & Incarnationis MCCVII, Indictione decima, Pontificatus Bernardi anno quarto, coram testibus subscriptis, Lamberto Præposito Majori, Friderico Decano, Henrico B. Petri Præposito, Tiderico Scholastico, Conrado Custode, Joanne Cellerario, Henrico Camerario, Magistro Joanne fratre, et subdiacono nostro, Amclungo Comite, Henrico Dapifero, cæterisque Ministerialibus Ecclesiæ nostræ.* Grata quoque in his literis memoria Bernardi antecessoris ejus, quem sanctæ recordationis Episcopum compellat.

Annus Christi 1208.

Innocentii III Pont. II.

Ottonis IV Reg. II.

Bernardi III Ep. Päd. 5.

Godfrid.
Arnold.
Lub. lib. 7.
c. 14.

Pace inter Reges apud Saxones composita, expectabantur anno proximo legati, quos ad Pontificem miserant Principes. Ac postquam omnia à Pontifice Romæ in senatu Cardinalium, ut in Saxonia convenerat, probata erant, remissi sunt Legati in Germaniam cum mandato omnia quàm accuratissimè perficienda. Auditus etiam Romæ coram Adolpho Coloniensis exauctoratus Archiepiscopus, receptusque in gratiam Pontificis; ea tamen lege, ut apud Brunonem à Clero electum & à se subrogatum, confirmatumque maneret Archiepiscopi dignitas. Ita Adolphus, qui pecunia & muneribus se corumpendum dederat, omnibus simul excidit, rediitque ad privatam vitam, annuo tantum stipendio 400 marcarum ex Episcopi bonis assignato.

Philippi
cædes ab
Ottone
Wittels-
bachio
illata.

At vix superatis alpibus in Germaniam redierant Legati, cum Philippum Regem ab Ottone Wittelsbachio Palatino Bambergæ interemptum intelligunt. Causa cædis non una traditur. Petierat Otto Palatinus alteram filiam Philippi Regis in matrimonium, eamque Rex addixerat; post ubi ferocis hominis ingenium magis cognitum ex cæde Welponis Boji haberet, Rex sponsonem retractavit; hinc prima Palatini offensio in Regem; qua tamen dissimulata, petijt post nuptias cum filia Poloniæ Regis per Philippi Regis commendationem ac patrociniū; ad quas cum Philippus Rex verbis prolixè operam suam promitteret, literis verò ad Poloniæ Principem datis longè aliud suaderet; Wittelsbachius ex litura literarum inspecta in suspicionem fraudis venit, literasque resignari jubet, & quia rudis literarum erat, eisdem per amanuensem lectis, audit à Rege nihil ijs aliud quàm matrimonium hoc improbari. Hic Wittelsbachius, ut impotentis

erat

erat iræ, Philippo necem jurare, & ad Regem festinare, quem Bambergæ reperit, post se etiam valetudinis causâ venam, colloquio cum Spirensi Episcopo (quem alij Herbipolensem fuisse volunt) sese recreare: nec difficilis ad palatium illi aditus fuit, quod palatij præfecturam gereret inter Palatinos. Igitur ad Regem in conclavi intromissus, exprobratoq; Regi dolo, strictum ferrum, quod ludendo vibrabat, in cervicem Regis immittit; unoque hic letali ictu vix perfoffus concidit. Spirensis Episcopus tam atroci facinore consternatus in latebras se abdit. Ceteros, qui parricidam retinere conati sunt, eodem ferro fauciatos depulit; nec impediri potuit, quo minus rebus ad fugam ante compositis evaderet. Haud leviter funestus Regis casus percudit omnes; quippe vir erat æquus, literatus, atque omnibus affabilis, multumque à pietate commendatus; qui more antiquorum Regum in choro inter scholares pueros modestus stare, & sacros hymnos canere visus. Sed abdita Dei judicia; quando jam ante à religioso viro in Raeburgensi Ecclesia civilia hæc bella deplorante hæc vox audita, *Anno MCCVIII erit consummatio.* Sanè Philippo occiso, Imperij decus, per tot bella & populorum cades quæsitum, momento concidit, & cum fruendi spes ex pace se primum offerret, abruptum est morte. Tam fallaces mortalium curæ, & fascium ambitus; quamquam primus Regum Germanorum, qui à parricida gentis suæ interemptus: rarum si reputes tot Romanorum Imperatores, & tot aliarum gentium Reges ferro parricidarum interemptos. Sed nec percussor Otto Wittelsbachius gente Bojus inultus, ferro haud multo post Henrici Kalinthini cecidit. Corpus Regis postquam decimo Calend. Junij exspirarat, Spiram delatum ad majorum tumulos.

Otto Rex comperta æmuli sui morte, transrhenanos proceres primum Halberstadium advocat; & quia successio jam illi decreta erat, in frequentissimo populi conventu, Saxones & Thuringi Regnum illi deferunt. Post Francofurtum accessit, ubi in frequentissimo Principum cœtu festo D. Martini primum illi insignia Imperij à Conrado Spirensi Episcopo tradita, regnumque à Bojis, Suevis, & Franconibus firmatum est, jurataque pax ab omnibus Principibus secundum Caroli M. præscriptas leges. Tum adducta quoque à Conrado Spirensi Episcopo Beatrix Philippi Regis filia, sponsaque oblata est Ottoni Regi; à quo mox illa vindictam in parricidam Wittelsbachium petijt, omniumque sententia proscriptus ac damnatus est Wittelsbachius. Nihil illo die lætius, quam serenitatem pacis, quæ ob mortem Philippi obscurata erat, tam cito redijse cum successore Ottone. Nihil quoque Innocentio Pontifici jucundius accidere potuit, quem per tot annos civiles discordiæ divexarant, quam ultro nunc Ottoni deferri Regnum; quod ille hæctenus tanto labore & studio pro Ottone contenderat.

Otto Philippo R. succedit, & pax Imperio redditur.

Ecccc

Et

Pontifex
Bernardo
Ep. ut
Legato
Aposto-
lico cau-
sam Ab-
batis
Helm-
wardes-
husani
cogno-
scendam
committit.

Et jam Bernardum quoque Episcopum nostrum non modo receptum in gratiam Innocentij Pontificis, sed magna etiam, tam apud Legatos Pontificis, quam ipsum Pontificem, in æstimatione fuisse, secus quam ante quadriennium Pontificis literæ sonabant, satis docentur Innocentij literæ hoc anno ad Corbejenses datæ, quibus Bernardo Episcopo nostro Legati Apostolici munus committit, jubetque cognoscere causam Helmershusani Abbatis, qui sine auctoritate Pontificis transierat ad Corbejensis Abbatis munus; id quod explanatum hoc Pontificis diploma docebit.

Innocentius Servus servorum Dei, Dilectis filiis, conventus Corbejensis Monasterii salutem et Apostolicam benedictionem. Cum venerabilis frater noster H. Episcopus Osiensis, et dilectus filius Leo sanctæ crucis presbyter Cardinalis olim in partibus Alemannia legationis officio fungerentur, venerunt dilectum filium Abbatem de Monasterio Helmwardeshusen, quod ad Romanam Ecclesiam nullo mediante noscitur pertinere, ad Monasterium Corbejense, quod etiam est Romana Ecclesiæ speciale, propria temeritate migrasse, licentia illud deserendi, vel confirmatione à nobis, vel ab ipsis etiam, qui vices nostras in illis partibus tunc gerebant, nec habita nec petita. Cumque Northusum advenisset regali recepturus, iidem existentes ibidem, ut contemptus ejus manifestior appareret, ad eos accedere non curavit, se mandatorum ipsorum exhibens modis omnibus contemptorem, propter quod dicti Legati venerabili fratri nostro Paderbornensi Episcopo dederunt in mandatis, ut eundem ad suam presentiam evocaret, et prædictis omnibus diligentius expositis coram eo ipsum ab omni officio et beneficio suspendere non diffideret, donec nostro vel illorum se conspectui presentaret; de contemptu veniam petiturus. Ceterum cum suum nuntium ad eorundem presentiam direxisset se super prædictis omnibus per eundem excusans, illius terræ allegavit consuetudinem generalem, asserens quod pro confirmatione electionis, vel obtinenda etiam benedictione vel licentia de uno ad aliud Monasterium transeundi summus Pontifex vel ejus Legati non erant aliquatenus requirendi, cum illis partibus consuetudo talis hæcenus sit servata. Idem vero Legati precibus multorum inducti tam Ecclesiasticorum quam secularium Principum, qui eosdem pro ipso constantissime rogaverunt, prædicto Episcopo Paderbornensi mandantes, ut memorato Abbati injungere non differret, ut usque ad Dominicam, qua cantatur, Lætare Jerusalem, proximè præteritam nuntios suos ad Sedem Apostolicam destinaret, mandatum nostrum tam super hoc quam aliis iisdem mediantibus nuntiis recepturus. Quod si istud forte negligeret, et tunc ipsum in prisinam sententiam reducere non differret, et eam faceret firmiter observari. Postmodum autem cum suos ad sedem Apostolicam nuntios destinasset, iidem volentes eum multipliciter excusare, ad defensionem ipsius prædictam consuetudinem allegarunt. Cum igitur hæc non tam consuetudo quam corruptela merito sit censenda, quæ profecto sacris est Canonibus inimica, ipsam de cætero servari nolentes, eisdem Legatis dedimus in mandatis, ut à prædictis

nuntiis

nuntiis Hen. videlicet Prapósito, et C. Canonico Ecclesie novæ, qui plenam tam Abbatis quam Corbeiensis conventus procurationem habebant, sicut nobis constat per publicum instrumentum, vice nostra obedientiam reciperent manualem, facta renunciatione, quam in obedientia exhibenda nostrum adimplentes mandatum literas super hoc suis signatas sigillis apud nos dimittere procurarunt. Quocirca discretioni vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus, quod factum est, per nuntios ante dictos ratam habentes, de cætero huiusmodi pravam consuetudinem nullatenus observetis. Datum Lateran. Non. Maji Pontificatus nostri anno undecimo.

Hunc in modum cum hoc anno Hartwicus Bremensis Archiepiscopus, vir præclare de Ecclesia meritis, obiisset, Canonicorum electione postulatus est in ejus locum Woldemarus Sleswicensis Episcopus. Verum cum is sine Pontificis auctoritate à sua Ecclesia transfisset ad Bremensem, Pontifex postea utroque Episcopatu exiit, provexitque ad Bremensem Ecclesiam Gerhardum Osnabrugensem Episcopum, Bernardi de Lippia fratrem, virum acri, ut Crantzius ait, ingenio. Atque is licet cum Bernardo Episcopo nostro transferat ad partes Philippi Regis, post tamen non modò reconciliatus Pontifici, sed ob præclaras Episcopi dotes ac merita magno apud Pontificem ac Bremenses in honore fuit. Haud nescius sum Gerhardum hunc in Osnabrugensi chronico perstringi à suis, tanquam qui exigua cum laude Episcopatum administravit; sed hæc Ministerialium ejus iniqua querela fuit, quibus cum ille per constantiam, & defensionem juris Ecclesiastici multa negasset, quæ illi injustè petierant, odium malorum, ut fit, ex virtute contraxit, dataque sunt vitio, quæ laudis plena erat.

Histor.
Brem.
Archiep.

Annus Christi 1209.

Innocentij III Pont. 12.
Ottonis IV Reg. 12. Imper. 1.
Bernardi III Ep. Pad. 6.

Fine anni Otto Rex Francofurto Coloniam descendit ad amicam urbem; in eaque Christi Natalitia magna civium læritia peregit. Mortuo per hæc, festo omnium SS. Brunone Archiepiscopo, magnoque omnium lætu in Basilica S. Petri sepulto, Regis consilio eligitur Theodoricus, Collegij SS. Apostolorum Præpositus, neglecto Adolpho, quem ex auctoratum reliquere in privata vita. Theodoricus mox ab Ultrajectensi Episcopo Sacerdos, nec multò post à Leodiensi Antistite, præsentibus provincialibus Episcopis, consecratur. Vir indolis bonæ; sed ita mutati cum honoribus mores, ut longè alius apparuerit, quam sperabatur; quippe qui seposito sacro præfulis munere, totus fuit in colligendis pecunijs, in minuendis Clericorum, Monachorumque privilegijs, & in castris muniendis; inter quæ dum ædem

Godefrid.
Otto à S.
Blasfo.
Ursberg.
Arnolans
Lub. lib. 7.
Brunoni
Archiep.
Colon.
mortuo
subroga-
tur The-
odoricus.

Eccece 2

sacram

Godefrid.

Sigonius.

Otto Rex
in Italiam
profici-
scitur, ad
Imperij
coro-nam acci-
piendam.

Godefrid.

Arnold.

Lub. Urs-

berg.

Albert.

Stad.

Robert. de

Monte

Sigonius

lib. 16.

Richardus

Odori-

cus in hist.

Eccles.

Episcopi

Westfa-

liae Cleri

Religio-

forumq;

discipli-

nam re-

forman-

dam sus-

cipiunt.

omnes

-spond

-ed

-bor

sacram D. Michaëlis in monte Godesberga haud procul Bonna cultu & miraculis tum celebrem everit, visus est primo die Archangelus Michaëlexpansis alis ex eo loco transvolare in vicinum & oppositum montem, quem Stromberg vocant, S. Petri Principis Apostolorum memoriae sacrum, inque eo conquirere. Per id tempus Legati Apostolici Hugo Ostiensis Episcopus, & Leo presbyter Cardinalis Saxoniam lustrarunt, peragrandoque civitates jus sacrum dixere; quamquam id maxime ad disciplinam Ecclesiasticam inspiciendam formandamque à Pontifice Legatis imperatum sit. Tam sollicito animo Pontifex Saxoniam complexus est. Legati hi circa Pascha Coloni- am venerunt: à quibus pro Apostolica auctoritate connubium inter Ottonem & Philippi Regis filiam probatum, laxato vinculo, quod ex consanguinitate impedi-ebat. Otto Rex interea Germaniae provincias peragrando Norimbergae, Hagenoae, Herbipoli, Spirae Principum conventus habuit; compositisque ijs, quae ad publicam pacem poscebantur, simul de profectio- ne in Italiam cum Principibus pertractavit; celebratisque postremo Augustae comitijs, cum instructo exercitu, & xiv praesulum, magnoque procerum comitatu iter est ingressus, transmissisque Alpibus ante Virginis in caelum assumptae ferias castra ad Lacum Benacum decima quarta Septembris posuit. Mediolani dein ferrea corona à Ruberto Archiepiscopo exornatus est; ac postquam magnis honoribus à ceteris Italiae urbibus exceptus, Viterbij Innocentium Pontificem habuit obvium. Eo in congressu actum inter Pontificem & Regem de Augustali coronatione, quae Romae v Idus Octobris in Basilica Principis Apostolorum magna celebritate est peracta. Uti id praeter complures scriptores accurate tradit auctor Chronici fossae novae. Otto urbe egressus, exercitum traduxit in He- truriam & Marchiam, contraque juramenta nuncupata plurimas Pontificis civitates occupavit, & Friderico Siciliae Regi bellum intulit.

Summa interim quies in Germania & Saxoniam: unaque Praesulum sacrorum cura fuit, post depulsas civilium bellorum turbas, col- lapsam Cleri & religiosorum disciplinam (uti id Apostolici Legati monuerant) restituere in integrum. Quos inter Gerhardus Osnabru- gensis antea Episcopus, traductam sororem Beatricem à Cœnobio Bersenbrugen- si Abbatisam Hersenbrocensem constituit, eju- sque opera totum illud Cœnobium ad arctiorem D. Benedicti disciplinam primum traduxit. Quo religionis etiam studio Bernardus Episcopus noster omnia suae diocesis Cœnobium diligenter inspexit. Et quia flo- rentissimam apud Abdinghovianos sub Alberto Abbate disciplinam reperit, nobile praedium, quod ex feudo ad ipsum reciderat, Cœnobi- tis Abdinghovianis ultro ex consensu Canonorum donavit. Acta sunt haec anno Dominicae Incarnationis MCCVIII. Hujus rei Testes Lan- bertus major Praepositus, Thiodericus Decanus, Wolframus Cellerarius, Joannes

factum

Bcccc 2

Joannes

Joannes Scholasticus, et alij majoris Ecclesie Canonici. Laici Amclungus
Comes, Henricus Dapifer, et alij Ministeriales.

At multo utiliori opere hoc anno Bernardus Episcopus Gerden-
se Monasterium Virginum liberavit ab infesto Advocato Henrico <sup>Bernardus Episcopus Gerden-
Monasterium</sup>
Comite de Swalenberg, à quo & multa damna illata, & multæ deci-
mæ bonaque interversa erant; ut genus illud hominum loco patro-
cinij non nisi spolia Ecclesiarum & Cœnobiorum quærebat. Hanc <sup>ab injuri-
is Advocati libe-
rat.</sup>
igitur in rem Bernardus celebrem omnium ordinum cœtum conyo-
cavit, in eoque Swalenbergensem convictum injuriarum adegit, ut
coram munereretur. *Acta autem hæc sunt anno ab Incarnatione
Dominica MCCIX, Indictione X, et Pontificatus nostri anno VI, coram testi-
bus annotatis, Ecberto Abbate S. Pauli, Lamberto majori Præposito, Thiederico
Decano, Henrico Ecclesie B. Petri Præposito, Theodorico Scholastico, Con-
rado Custode, Wulframo Prioribus; item Hermanno de Menkenrike Præpo-
sito, Volcuvino, Crabone, Olivero Colonienfi Scholastico, Henrico de Hammel
Præposito, Gerhardo, Conrado, Henrico, Hermanno, Friderico, Magistro,
Joanne, aliisque majoris Ecclesie Canonici. Item Henrico Decano, Henrico,
Cesario, Rudolpho Prioribus, Ludolpho, Thietmaro Scholastico et aliis Canoni-
cis Ecclesie B. Petri. Item Thietmaro de Buren, Florino de Sprenge, Amclun-
go Comite de Patherbrun, Theodorico Comite Horschusen, Hermanno de We-
vere, aliisque quam pluribus Ecclesie nostræ fidelibus et ministerialibus, quorum
nomina minus utile, quam longum esset enumerare. Inter hosce testes Oli-
verius Colonienfis Scholasticus, producit, quem postea Bernardus
in Episcopatu successorem habuit, virum ea tempestate egregium,
quem exinde sæpius celebrabimus. Crantius dum in hujusmodi
nostris tabulis legit Priores, atque alibi etiam conventus nomina, sus-
picionem movet, tanquam Monachi non Clerici in Collegijs istis vix-
erint, nescius Priorum nomine, designari primores ac seniores in Col-
legijs Canonorum, quæ subinde, cum in eodem claustro commu-
nem adhuc vitam colerent, conventus haud secus, quam Monaste-
ria appellari constat.*

Obijt hoc anno post triennij præfecturam sacram Henricus <sup>Chron.
Mind.</sup>
Mindensis Episcopus, quem Stadenfis per errorem Thidmarum vo-
cat. Subrogatus illi Conradus ex Comitum Diepholdiorum familia.

Annus Christi 1210.

Innocentii III Pont. 13.

Ottonis IV Reg. 13. Imper. 2.

Bernardi III Ep. Pad. 7.

Otto Imperator interea, uti priori anno cœperat, non destitit <sup>Godefrid.
Ursberg.</sup>
Pontificis urbes, ac totam Thusciam, patrimoniumque Romanæ Ec-
clesiæ, quod à Mathilde donatum fuerat, occupare: adhæc Apuliam,
quæ Friderici Siciliae Regis erat, armis subigere. Quas injurias cum
post

Otto
Imp. Ec-
clesiæ
Rom. bo-
na infe-
stat.

post iteratas monitiones aliter Pontifex impedire non posset, Imperatorem anathemate percutit. Ingratus homo, & labes Saxonici nominis! tot ille beneficijs ab Innocentio affectus erat, ut literis toties ad Pontificem scriptis ultero fateri necesse fuerit, se post Deum omne regnum fortunamque Romani Pontificis studio & gratiæ debere. Ac satis testantur ea, quæ Pontifex tot annis, bello civili in causa Ottonis contra Philippum Regem suscepto, tot Principum ac Regum odio, fecerat: ratus Ottonem aliquem M. aut Henricum aut Lotharium Saxonum Imperatorem, Apostolicæ Sedis patronum, post longas Suevorum Imperatorum injurias & vexationes obventurum. Quam spem laboremque turpissimè fefellit Otto. Id verò ut posteritati explicatius constet, juvabit hoc loco juramentum fidei, quod superiori anno Pontifici fecit, hic recitare.

In nomine sanctæ et individue Trinitatis, Otto quartus divina favente clementia Romanorum Rex et semper Augustus. Recognoscentes ab eo nostræ promotionis donum misericorditer processisse, à quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, ipsum ejusque Vicarium et sponsam ejus sanctam Ecclesiam disposuimus et decrevimus magnifice honorare, ut qui nobis in presenti temporale contulit regnum, in futuro quoque tribuat sempiternum. Proinde vobis Reverendissime Pater et Domine summe Pontifex Innocenti, quos pro multis beneficijs vobis impensis sincerissimo veneramus affectu, vestrisque Catholicis Successoribus, et Ecclesiæ Romanæ omnem obedientiam, honorificentiam et reverentiam semper humili corde ac devoto spiritu impendimus, quam Prædecessores nostri Reges et Imperatores Catholici vestris antecessoribus impendisse noscuntur, nihil ex iis volentes diminui, sed magis augeri, ut nostra devotio clarus evitescat. Illum igitur abolere volentes ab usum, quem interdum quidam Prædecessorum nostrorum exercuisse dicuntur in electionibus Prælatorum, concedimus et sancimus, ut electiones Prælatorum liberè ac canonicè fiant, quatenus ille præficiatur Ecclesiæ viduata, quem totum Capitulum, vel major et sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodo nihil ei obset de Canonicis institutis. Appellationes autem in negotiis et causis Ecclesiasticis ad Apostolicam Sedem liberè fiant, eorumque prosecutionem sive processum nullus impedire præsumat. Illum quoque dimittimus et refutamus ab usum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum aut etiam Ecclesiarum vacantium nostri consueverunt Antecessores committere pro motu propria voluntatis. Omnia vero spiritualia vobis et alijs Ecclesiarum Prælati relinquimus liberè disponenda, ut quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo recta distributione reddantur. Super eradicando autem hereticæ pravitate errore auxilium dabimus et operam efficacem. Possessiones etiam, quas Ecclesiæ Romana recuperavit ab Antecessoribus nostris, seu quibuslibet alijs ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus, et ipsam ad eas retinendas bona fide promittimus adjuvare. Quas verò nondum recuperavit ad recuperandum pro viribus erimus adiutores, et quacumque ad manus nostras de venerint sine difficultate

culitate ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra, quæ est à Radicofano usque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, terra Comitisse Matildis, comitatus Britennorii, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis cum aliis adjacentibus terris expressis in multis privilegiis Imperatorum, et Regum à tempore Ludovici, ut eas habeat Romana Ecclesia in perpetuum cum omni jurisdictione, districtu, et honore suo. Verum tamen cum ad recipiendam coronam Imperii vel pro necessitatibus Ecclesia ab Apostolica Sede vocati venerimus, de mandato summi Pontificis recipimus procurationes. Adutores etiam erimus ad retinendum et defendendum Ecclesie Romanæ regnum Sicilia accetera jura, quæ ad eam pertinere noscantur, tanquam devotus filius et Catholicus Princeps. Ut autem hæc omnia memorato sanctissimo Patri nostro Innocentio sacrosanctæ Romanæ Ecclesie summo Pontifici ejusque Successoribus per nos et nostros Successores Romanos Imperatores et Reges observentur, firmæque et inconvulsa semper permaneant, præsens privilegium conscriptum Majestatis nostræ aurea bulla jussimus communiri.

Signum Domini Ottonis quarti Romanorum Regis
invictissimi.



Hæc Otto. Sed quantum ille descivit à fide, tantum ex eo tempore Ottonis fortuna recidere in pejus visa est. Quippe nullis in Germaniam literis mandavit Pontifex Sifrido Moguntino Archiepiscopo publicè Ottonem à Sede Apostolica diris devotum, Imperio exutum, omnesque illi subiectos Principes ac populos à fide exsolutos esse. Emulum deinde illi objecit in regno Fridericum Sicilia Regem, Henrici VI Imperatoris filium. Jam ex decimo septimo ætatis anno Regno maturum, quem pronuntiavit Germaniæ Regem, cuique vivo patre Principes juramentum fidei dixerant. Inde nova civilium dissidiorum bellorumque flamma.

Ac per id tempus, cum Albigenis hæresis in Gallia Narbonensi & Tolosana provincia impunè proferperet, armisque etiam crudeliter sæviret, Innocentius Pontifex, multis antea frustra tentatis, ad sacram crucis militiam invitavit Christianos; conflueruntque multi non modò ex Francia & Anglia, sed Germania & Rheni inferioris provincijs, postquam Joannes Sanctensis Scholasticus, & Oliverius Colonienfis Scholasticus ac Magister, viri ferventissimi, sese hujus militiæ præcones cohortatoresq; ultro ad Pontificis voluntatem obtulere. Impia & scelerata hæresis, quæ Christum, ex Manichæorum hæresi, nec passum, nec mortuum, nec resurrexisse profitebatur: animas præterea ex prisca metempsychosi demigrare ex corpore in corpus, nec quicquam ex patris flagitijs contrahere maculæ docebat.

Ottoni excommunicato, regnoque exuto Pontifex subrogat Fridericum Sicilia Regem.

Ad hæresin Albigenis suppressendam plures conspirant, quos inter Oliverius postea Episc. Paderb. Casarius
Ea lib. 7. c. 24.

Ea hæresis, cum nullis Theologorum disputationibus, nullisque argumentis se ab infania retrahi sineret, armis postremum suppressa est. Multum ex ea palæstra inclaruit D. Dominicus, ordinis sui fulgentissimus auctor, hæresisque hujus contusæ malleus. Multumque exinde celebrari cœpit Oliverius, Coloniensis Scholasticus, idemque Canonicus Paderbornensis, quem postea Ecclesia nostra multo fulgentiorem sortita est Episcopum, cõ etiam feliciorẽ, quòd cum D. Dominico familiaritatem inire licuerit.

Ex domesticis nostris hujus anni non aliud suppetit, quàm quòd Bernardus Episcopus noster cum nobilibus viris de Ninovere amicè in concordiam venerit, ob nemus Echwordanum, atque agros à jure Episcopi interverfos. Quæ super re in tabulario nostro publicæ conversionis literæ extant tabulis consignatæ. Decimo deinde Calend. Septembris Ijs, quæ ob prædium ex Episcopi bonis abalienatum intervenerat inter Collegij Cathedralis Canonicos & Episcopum composita est; sancitumque pro veteri jure fas non esse Episcopo Paderbornensi sine Collegiarum consensu bona Ecclesiæ abalienare, quæ res multorum testium approbatione, inter quos Oliverus Coloniensis Scholasticus sistitur, transacta.

Annus Christi 1211.

Innocentij III Pont. 14.

Ottonis IV Reg. 14. Imperat. 3.

Bernardi III Ep. Pad. 8.

Godefr. id.
Fragm. hist.
Alberto -
Argent.
præfix.
Ursberg.
Nauclerus.
Trithem. in
Chron.
Harsav.

Principes
Imperij
in diver-
sas partes
abeunt.

Extrahabat per hæc in alterum annum, sæculi hujus undecimum, Imperator in Italia felices bellorum successus, Apuliam subigendo. Invitatus etiam Otto à Saracenis ad occupandam Siciliam. Quæ vel cõ acerbius accepit Pontifex, quòd jam Friderici Regis patrociniũ suscepisset. Conati quidem multi religiosi, ac sapientes viri, Ottonem cum Pontifice reconciliare; hæc tamen frustra agebantur ob pertinaciam Imperatoris. Interim Sifridus Moguntinus Archiepiscopus, à Pontifice Legatus Apostolicus per Germaniam nominatus, qui Imperatorem anathemate percussum etiam imperio exutum denunciat. Ausi etiam plures agere de Friderico Siciliæ Rege Ottoni subrogando. Quam in rem Bambergæ conventu Principum indicto, accessere ad Moguntinum Joannes Trevirensis Archiepiscopus, Ludovicus Dux Bojariæ, Leopoldus Dux Austriæ, Hermannus Thuringiæ Landgravius, Ottocarus Bohemiæ Rex, Otto Princeps Moraviæ, Conradus Spirensis Episcopus Imperij Cancellarius, alijque complures, proni ex voluntate Pontificis suscipere Fridericum Siciliæ Regem Ottoni subrogandum; sed cum ceterorum Principum assensus nondum accederet, nihil quoque eò conventu, nec alijs statutum est. Stabant etiam pro Ottone Theodoricus Coloniensis Archiepiscopus, Henricus

Henricus Palatinus Rheni Ottonis frater, Dux Brabantiae, ac tota fere Lotharingae nobilitas cum inferiori Saxonia. Et Palatinus cum absentifratris Imperatori tantum dedecus & vulnus infligi cerneret, vindictam vertit in Moguntinum; contractisque copijs, Moguntinam dicecesin ingressus, foeda populatione agros, vicos & Oppida devastat, non Ecclesijs, non Coenobijs, non sacris parcendo. Quibus Moguntinus adactus, conservatis arcibus aliquot & urbibus, ad Landgraviatum Thuringiae profugere. Interim Fridericus Siciliae Rex in Germaniam evocatus; Ecbertoq; Bambergensi Episcopo, quem Otto caedis Philippi inculatum proscrisperat, facta libertas redeundi ab exilio ad sedem suam.

Nihil adhuc in Saxonia inferiori turbatum, quae, praeter Ottonem Monasteriensem Episcopum, in fide Ottonis manebat; multumque ad id valuit Wilhelmi Ducis Lunenburgensis auctoritas, quem Otto Imperator alterum habebat fratrem inter Saxones adhuc superstitem, & viribus armorum praevalidum. Advenere per id tempus Innocentij Pontificis literae Roma, quibus Gerhardum Bremensem Archiepiscopum, quem Osnabrugo translatum diximus, in sede illa confirmat: acciditque Gerharδο opportuna mors Bernardi Saxoniae Ducis, a quo haecenus Waldemarum aemulus ejus defensus fuerat. Cessit Alberto juniore filio ducatus; Henrico, qui major natu erat, comitatus paternus & Principatus Anhaltinus; ab altero Duces Lawenburgenses; ab altero Anhaltini Principes, veteri claraque ad hunc diem stirpe, propagati.

Bernardo Episcopo nostro, qui extra factionem se continebat, non aliud negotium fuit, quam sacrorum curae, & religiosorum beneficij se impendere; cujus rei argumentum inter cetera sunt tabulae, quibus agros bonaque, quae ex feudo nobilis viri ad se reciderant, Gerdensi Virginum Coenobio donat; id enim Coenobium ob florentem disciplinam, ac pietatem singulari liberalitate complexus est. Praesentes autem testes, ut literae habent, fuere Lambertus major Praepositus, Theodericus Decanus, Theodericus Scholasticus, Conradus Custos, Joannes Cellerarius, Henricus Praepositus ad Orientem, Praepositus Hermannus novae Ecclesiae, Wolframus, Volcromus, Gerhardus Canonici majoris Ecclesiae. Latini etiam Comes Hermannus de Schorvenburg, Henricus Dapifer, Conradus Camerarius, Hermannus de Osdagen, Hermannus Marechallus, Hermannus Comes, alique nobiles viri. Adha sunt haec in coenaculo nostro Wartberge, anno Dominicae Incarnationis MCCXI, Indictione XIII, praesidente Ottone imperii ejus secundo, Episcopatus nostri anno septimo, qui tamen ab inchoato Episcopatu in octavum annum se porrigit; idque in alijs etiam literis observandum est; eo quod in his literis a mense inchoati Episcopatus ad sequentis anni mensem primum Episcopatus annus capiatur.

Albert. Stad. Crantz. lib. 7. Sax. c. 33. Saxonia inferior pacata manet.

Bernardus Episcopus benefacit Gerdensibus.

Ffffff

Hoc

Contro-
versia in-
ter A-
quenses
& Cor-
beienfes
nostros
ratione
decima-
rum ex-
orta
compo-
nitur.

Hoc præterea anno controversia inter Aquensem Ecclesiam & Corbeienfes, quæ ex decimis Liciati prædij diu agitata erat, per arbitros, Gerhardum majoris Ecclesiæ Colonienfis Decanum & Archidiaconum, Hermannum Decanum Collegij ad S. Cunibertum, & Oliverium majoris Ecclesiæ Colonienfis Scholasticum, eundemque Paderbornensium Ecclesiæ Canonicum composita est; quanquam jam ante eadem res transigenda à Pontifice commissa erat Præposito, Scholastico, & Magistro Joanni Paderbornensium Ecclesiæ. Confectis hæc super re tabulis, testes fuere Bertholdus Decanus, idemque Canonicus majoris Ecclesiæ Paderbornensium, Magister Wilhelmus Canonicus ad S. Andream Colonia, Elias Canonicus Aquensis, aliique ex clero viri; quos inter Oliverius se denuo offert Paderbornensium postea Episcopus & Germaniæ decus.

Annus Christi 1212.

Innocentii III Pont. 15.

Ottonis IV Reg. 15. Imper. 4.

Bernardi III Ep. Pad. 9.

Godsfrid.
Orsberg.
Hystor. Ba-
var. lib. 23.
Brower. in
Hyst. Tre.
vir.
Truhem.

Postquam verò Otto Imperator crebris nuntijs factus certior, quæ Imperij Principes adversus se machinarentur, expectarique ex Sicilia Fridericum Regem; festinatis ex Italia itineribus sub verni junij tempus in Germaniam advolavit, convocatoque Norimbergæ Principum conventu per sacras Pentecostes ferias causas dissidij sui cum Pontifice composuit: nec aliud à se quæsitum obtendit, quam ut Imperij bono & auctoritati consuleret; tanquam Imperij Principes probare possent, patrimonium Petri ab Imperatore spoliari, quod tot pij sanctique Imperatores tot tabulis & donationibus post Constantinum & Carolum M. auxerant: aut tam egenum haberent Imperatorem, qui spolijs bonorum sacrorum indigeret, quorum ipse, pro juramento Pontifici factò, defensor vindexque adversus raptores esse deberet. Nec tamen defuere assentatores, qui justa eum obtendere probarent. Mox vindicta armisque versis in Odoacrum Bohemiæ Regem, à regno illum removit, subrogato in ejus locum filio. Inde Hermannum Comitem Palatinum ulturus in Thuringiam movet. At dum Northusij prius nuptias celebrat cum Beatrice Philippi Regis filia (quæ quarto post die morte erepta est) intelligit Fridericum Siciliae Regem ex Italia evocatum intrasse Sueviam, multorumque Principum studijs benignè exceptum. Hinc omissa Thuringia, cum exercitu in superiorem Germaniam festinat. At postquam eò perventum est, reperit omnia in Fridericum prona, urbesque & Principes in se armatos; ac dum frustra copias suas ad Ueberlingam opponit, nec ullibi se ad Rhenum tuto consistere vidit, trepidus despectusque refugit in Saxoniam.

Otto
Imp. Fri-
dericum
Siciliæ
Regem
fugit.

Tum

Tum vero libere certatimque superioris Germaniæ Principes confluerent ad Fridericum; quem Moguntiam deductum in celebri conventu Sifridus Moguntinus, Joannes Trevirensis, Herbipolensis, Argentinenſis, Constantienſis, Baſileenſis Episcopii: Rex Boemiæ, Thuringiæ Comes Provincialis, alijque proceres pridie Calend. Decembris ſalutare Regem ſuum. Perſtitit in fide Ottonis Theodorici Colonienſis Archiepiſcopus; tamen à Pontifice anathemate percuffus, & à Sifrido Moguntino Archiepiſcopo e ſede ſua ejectus eſſet. Fida etiam inferior Saxonia manebat Ottoni; e qua tamen magna Imperatoris jactura, hoc anno mors ſuſtulit Wilhelmum fratrem ejus, Ducem Lünenburgenſem, relicto Ottone filio, quem ex conjugè Regis Danorum filia ſuſceperat heredem. Ab hoc deinde antiquiſſima inter Saxones Lünenburgenſium & Brunſwicenſium Ducum familia propagata; quando nec ab Ottone Imperatore, nec ab Henrico Palatino ulla proles relicta. Tam illuſtris hæc Ducum familia inter poſteros, quam clara ab Henrico Leone inter majores; nec facile in Germania Principum familia ſuperſtes, quæ antiquitate, & perpetua ad hunc diem propagatione certet.

Ceterum hoc anno, ut Godefridus narrat, *ingens populi ruruſum multitudo ex omni Saxonia, Weſſalia, et Friſia aliſque provinciis confluit ad ſignum crucis*; quorum alij ab Adolpho Monteni Comite, alij à Wilhelmo Juliaceni Comite, alij à Leopoldo Auriaci Duce traducti adverſus Albigenſes hæreticos in Gallias. Ad quorum adventum conſternati hæretici, pars ſe in fugam dedit, pars ad ſaniorè mentem eſt reduceta, & per Cardinalem Romæ miſſum reconciliata Eccleſiæ. Eoque bello confecto, multi cum Leopoldo Auriaci Duce tranſgreſſi in Hispaniam, Saracenos juncti Hispaniæ Regis armis proſtrigarunt. In tam remotis regnis tum bella ſacra ulro adverſus Saracenos & hæreſes ſuſcepta, quas ævo noſtro infelicioſa Saxonia in viſceribus aluit. Sed & alia expeditione hic annus memorabilis. Quippe ingens puerorum & imbellium adoleſcentum multitudo e Germania & Francia, præſtigij duorum Clericorum, fictiſque eorum miraculis contracta, ad militare crucis ſignum convolavit, fruſtra parentibus, conſanguineis, & viris religioſis obnitentibus; quod his perſuaſum eſſet Hieroſolymam ac Palæſtinam non niſi ab imbelli & inſonte ætate barbaris eripiendam, reddendamque Chriſtianis. Qua ſpecie religionis objecta, multi expeditionem hanc probârunt, obtulereque proficiſcentibus annonam & pecuniam. Viſæ etiam puellæ & ſceminæ ſublato pudore ſeſe comites conjungere, Agmen hoc cum cantu & tripudio eductum e finibus Germaniæ; partq; in Gallias Marſiliam verſus, pars Genuam in Ligurum provinciam contendit, pars maxima, quæ ex Germania coaluerat, Brundulium pervenit. At Brunduliniſus Epicoſopus cum didiciſſet, pueros hoſce dolo præ-

Qui Fridericus à pluribus Imperij Principibus Rex Germaniæ ſalutatur. Chron. Mogunt. apud Servar. Albert. Stad. Crantz. lib. 7 Sax. Arnold. Lubec.

Albigenſes & Saraceni, ope Saxonom, ſupprimuntur. Godefrid. S. Antonius 3 p. tit. 196. 3. Fragm. hiſt. incerti auctoris ad Albert. Argent. Albert. Stadenſ. in Chron. Brover. lib. 15. Annal. Trev. Cantpr. lib. 2. 6. 3. Expedi-tio puerorum in Palæſtinam irrito conatu ſuſcepta.



stigatorum eductos, ut Saracenis venderentur, mare ingredi prohibuit. Ac licet multos servarit; magna tamen pars excepta navibus, aut Saracenis vendita fuit, aut in mare abjecta misere perijt: ceteri laceri, dispersique domum rediere. Browerus doli hujus auctorem seductoremq; Nicolaum quendam Coloniae Agrippinae natum nominat. Ex his impostoribus alius post Coloniae in furcam actus. Adeo nihil tam sanctum geritur, quod non demonum fraudibus obnoxium sit. Fabulam hanc dicerem, nisi à S. Antonino, Cantiprano, Godefrido, Alberto Stadenſi, alijsque auctoribus tradi viderem.

Annus Christi 1213.

Innocentij III Pont. 16.

Otonis IV Reg. 16. Imperat. 5.

Friderici II Reg. 1.

Bernardi III Ep. Pad. 10.

Godefrid.
Orsb.
Chron.
Mont. Ser.
Innocent.
Epist. 13.

Otto
Imp. Ar-
chiep.
Magden-
burg. de-
vastat.

Otto Ep.
Monast.
captivus
Colonia
Werdi-
nam ab-
ripitur.

Acceſſerat inter fluctuantis Germaniae tumultus annus Christi decimus tertius supra millesimum, ducentesimum, quo Otto Imperator Alberto Magdenburgensi Archiepiscopo bellum intulit, haud aliam ob causam, quam quod Pontifici in omnibus obsequens, Friderici Regis partes tueretur. Hildesimensi contra & Halberstadiensis, ceterisque ferè Saxoniae Episcopis Ottoni Imperatori adhaerentibus; adeo ex regni schismate ortum est schisma sacerdotij, ut quo se vertent Episcopi, plerique incerti fluctuant. Hinc enim Pontificis proſcriptione, illinc stringebantur armis. Et quia Magdenburgensem Archiepiscopum opprimere Ottonis intererat, diocesim ejus armatus ingreditur, caesisq; Archiepiscopi copijs, longius ab urbe per insidias protractis, totum Archiepiscopatum spolijs, ferro, flammaq; evaſtat. Qua suorum calamitate conspecta, ingemuit Archiepiscopus, palamq; cum probro Imperatoris dicere auditus est: *Archiepiscopatum Magdenburgensem ab Ottone I. Imperatore et Alberto primo Archiepiscopo conditum, nunc ab Ottone IV Imperatore sub Alberto Archiepiscopo pessundari.* Otto interim hoc anno non aliud impensum egit, quam ut accisas vires in Saxonia repararet, Episcoporumq; ac Principum animos sibi adjungeret, insectando ceteros quotquot Friderico studere coeperant. Quare cum per solemnes Paschatis dies Otto Monasteriensis Episcopus Coloniae intrasset, ab his, qui in factione Imperatoris erant, per vim abreptus, injectisq; vinculis captivus Werdenam ad Caesaris Insulam deportatur, & quo securiori custodia teneretur, in castrum traducitur. Tantis partium furor erat, nullo religionis & sacrorum metu à sacrilegio retentus. Nec aliud optimi Episcopi delictum erat, quam quod ex Pontificis voluntate in Sifridi Moguntini & Friderici Regis partes transiſſe haberetur. At mox Sifridus Moguntinus Archiepiscopus Apostolicae Sedis Legatus tam indignum facinus Ecclesiastica poena ultus, urbem interdicto subjecit, cessavitque supra annum publicus sacrorum usus.

Verſa.

Verfabatur per id tempus Coloniae Theodoricus, primum mon-
 tis S. Nicolai Abbas, post Estiensis in Livonia Episcopus, sollicitando
 ad Rhenum & per Westfaliam non modo subsidia adversus barbaros;
 sed & Sacerdotes & Apostolicos viros conquirendo, qui eundem Li-
 voniae populum docerent. Nam ad Rhenum fuisse docet haec vetus
 inscriptio. Anno MCCXIII 8 Calend. Septembris consecratum est altare
 novi Chori Sanctensis ab Episcopo Estiensi in honorem B. M. Virginis; ap-
 pareretque tum Pontificalia munera explese per Coloniensem dioece-
 sin loco Theodorici Archiepiscopi, quod is a Pontifice anathemate
 percussus, Romam pro reconciliatione proventus esset. Atque hic
 Livoniae praeful, & gentium doctor, cum in Saxoniam veniret, con-
 tulit se primum ad Paderbornensem & Verdensem, ceterosque Epi-
 scopos, quorum consilio & commendatione apud Pontificem facta
 hoc ipso anno prius Episcopus consecratus est, quod haec Pontificis
 literae commonstrant.

*Commissi nobis officii sollicitudo deposcit, ut ijs, quae ad divini cultus
 complationem pertinere noscuntur, favorem studeamus benevolum impartiri.
 Cum ergo venerabiles fratres nostri Paderburnen. Verden. *Ralleburgen. et
 Rigen. Episcopi te in Episcopum Estien. provincia duxerint ordinandum, sicut
 ex litteris accepimus eorundem; nos quod super hoc ab ipsis provido, atq; cano-
 nice factum est, ratum habentes et gratum, praesentium tibi auctoritate conce-
 dimus, ut in ea libere officium exerceas pastorale. Datum Lateran. II Calend.
 Novembris. Pont. nostri Anno XVI.*

Sed longe illustrius fuit opus trium Saxoniorum Episcoporum,
 Ottonis Monasteriensis, Bernardi Paderbornensis & Jsonis Verden-
 sis, qui non modo ad commendatitias Innocentij Pontificis literas
 Estiensem Episcopum omni caritatis ope & subsidijs exceperunt, sed
 & se ipsos ad profectiorem in Livoniam & Apostolicos labores obtu-
 lerunt, parati Evangelium & Christi legem docere incultum Livoniae
 populum; quod sane quam gratum fuerit Innocentio Pontifici, do-
 cebunt haec Pontificis literae ad Bernardum Episcopum nostrum.

*Ab eo qui neminem vult perire, sed ut omnes ad agnitionem perveni-
 ant veritatis, tibi audivimus et credimus esse inspiratum, ut venerabili fra-
 tri nostro Estien. Episcopo, qui sicut servus fidelis et prudens in Domini vinea
 fideliter operatur, cooperator accedens cum eo portare proposueris coram gen-
 tibus et Regibus nomen Dei, et dare salutis scientiam plebi sua. Nos igitur tuum
 primum propositum dignis in Domino laudibus commendantes, fraternitatem
 tuam monemus attentius et hortamur, quatenus accensus zelo fidei christiana,
 ac sperans, quod, qui affectum tibi dedit, adjiciet et effectum, Evangelista ag-
 grediaris opus et officium confidenter, ut cum illis, qui euntes ibant et fiebant
 mittentes semina sua, exultationis manipulos valeas reportare. Ut autem
 praedicationis officium valeas liberius exercere, statuimus, ut te huiusmodi pi-
 etatis operi mansuato, Ecclesia et persona tua cum omnibus bonis suis sub Apo-
 stolica*

Theodo-
 ricus Esti-
 ensis in
 Livonia
 Antistes
 nova pro-
 gentis
 conver-
 sione
 subsidia
 flagitat.

Idem
 confe-
 cratur
 Episco-
 pus.

*al. Rg-
 ceburgen.

Innocentii
 epist. 124.
 Odoricus in
 hist. Eccles.
 Bernardus Ep.
 Paderb.
 cum alijs
 Pontifici
 se offert
 ad Chri-
 sti legem
 in Livo-
 nia do-
 cendum.

stolica Sedis protectione consistant. Tu deniq; frater Episcopo super te ipso etc.
Datum Laterani III. Calend. Novemb. Pontificatus nostri Anno XVI.

Quem in modum Pontifex scripsit ad Monasteriensem & Verdensem Episcopum, eorumq; similiter dilaudat fervorem religionis, cohortaturq; ad Apostolicum munus suscipiendum; ut nomen Dei coram Regibus & gentibus inter barbaras nationes circumferant. Quo nihil in Episcopi munere gloriosius esse possit; uti hæc literæ extant inter monumenta Innocentij Pontificis. Satisq; ex his constat tres illos Episcopos inter doctissimos ac ferventissimos Saxonie antistites claruisse, ac per id tempus munus publice docendi populum pro concione explese (secus quam heterodoxi obtrectare solent) qui explicato religionis suæ fervore ad munus illud docendi Evangelij Apostolico sese ritu & Spiritu obtulere. Atque istic etiam inter barbaras gentes operam suam impendere maluerunt, quam civilibus hisce bellis inter Ottonem & Fridericum collidi, jactarique cum alijs Episcopis inter turbulenta factionum studia.

At quo minus Otto Monasteriensis Episcopus in Livoniam transierit, fecit captivitas, & hic ipse quem subterfugere voluit scopulus. Quid verò Bernardum nostrum impedierit, sive cleri populi que sui preces, ne se hac tempestate desereret: sive quæ alia illa remora fuerit, in annalium nostrorum memoria non reperio; certò in Livoniam abiisse, etsi id flagranter desiderarit, & Pontificis etiam voluntatem impetrarit, verisimile non habeo; quando hoc anno binas adhuc literas in diocesi datas invenio, quarum alteris largam prædiorum donationem ab Anselmo Paderbornensi milite Cœnobio Virginum Wilbacensium factam, alteris verò decimas Brakelensi Ecclesia donatas, consignari jussit.

Lib. 4.
Reges l. Innocent.
Pontifex præfules Saxonie, & milites Teutonicos hortatur, ut Estiensi Episc. in conversione Livonum adsistant.

Pontifex præterea, ut hoc salutare opus promoveret, alijs hoc anno literis ad Præfules, & Abbates Saxonie datis, impense hortatur, ut omni ope & consilio, submissisque auxiliaribus copijs, Episcopo Estiensi adsistant: alijs verò literis ad milites Teutonicos in Livonia II. Calend. Novembris Laterani scriptis multò sollicitius Theodonicum Estiensem Episcopum ad ipsos in Livonia remissum commendat; quippe qui ob plurimas gentes ab ipso ad Christi religionem perductas, Paderbornensis, Verdensis & Raceburgensis Episcopi testimonio ac judicio dignus sit habitus, qui Episcopus consecraretur. Isdem simul literis haud leviter Teutonicorum militum avariciam perstringit, quòd Episcopo huic auxilia negarent, & certam sibi prius in ea provincia terræ partem possessionemque agrorum dari peterent; tanquam ex lucro animarum Christi militibus luctum pecuniarum primò quarendum sit.

Utrumnè verò Bernardus Episcopus anno proximo, ex quo nullam ejus in diocesi præsentis memoriam reperio, in Livoniam transierit,

Super te ipso etc.
ano XVI.

ensem & Ver-
em religionis,
ut nomen Dei
circumferant.
uti hæc literæ
ex his constat
Saxoniam anti-
endi populum
tare solent) qui
endi Evangelij
tiam inter bar-
quàm civilibus
rique cum alijs

Livoniam tran-
soluit scopulus.
populique sui
remora fuerit,
ò in Livoniam
am voluntatem
binas adhuc li-
prædiorum do-
bio Virginum
Ecclesiæ dona-

veret, alijs hoc
pense hortatur,
opijs, Episcopo
cos in Livonia
tius Theodori-
tum commen-
isti religionem
s Episcopi teli-
nscretetur. Is-
a avaritiam per-
am sibi prius in
n dari peterent;
m pecuniarum

mo, ex quo nul-
Livoniam tran-
ficrit,

ficrit, affirmare non habeo; certò auctor est Crantzius, per id tempus
singulis annis institutas profectioes in Livoniam, & continuata per
triginta annos navigatione importatos duces, Comites, Episcopos, Sa-
cerdotes, milites, civès, mercatores, qui zelo pietatis accensi non prius
fatigati, quàm tota Livonia Christi legibus subiceretur; fateturque
Pontifex in his ad Teutonicos milites literis, jam maximam ejus par-
tem ad Christi religionem esse traductam, Nam ut superiores Germa-
ni Borussiam ab Alberto primo Pragensium Archiepiscopo; ita Saxo-
nes & Westfali Livoniam sibi à D. Meinardo, Bertholdo, & Alberto
primis ejus gentis Episcopis excolendam subigendamque sumpse-
re; & quia Saxonum Sclavorumque instar gens dura, & quoti-
annis rebellis erat, arma sacra militiæ ad tutelam conjungenda fuere
Episcoporum & Sacerdotum laboribus; habuitq; Livoniae Saxoni-
bus haud secus, quàm Borussia ex Alemannis supremum suæ militiæ
præfectum, quem Magistrum ordinis dixerunt.

Crantz. lib
7. Sax. c. 37.

ono
mal
cum R.
la. G.
lia con-
figit.
pratio
vancur

Annus Christi 1214.

Innocentij III Pont. 17.
Ottonis IV Reg. 17. Imper. 6.
Friderici II Regis 2.
Bernardi III Ep. Päd. 11.

Agebantur hæc pro Livonia, cum Germania adhuc inter Otto-
nem & Fridericum civilium bellorum dissidio turbaretur. Et prox-
imo ab his anno Otto Imperator ab omnibus prope Germaniæ Prin-
cipibus desertus, Belgij sibi proceres demereri laborabat. Quam in-
tem Mariam Henrici Brabantia Ducis filiam mense Majo sibi matri-
monio jungit. Nixus deinde avunculi sui Joannis Angliæ Regis ope
bellum Philippo Franciæ Regi intulit. Attractus in belli societatem
Ferdinandus Flandriæ Comes, quem Rex Franciæ premebat armis.
igitur, omisso æmulo, alienam causam ingressus novum sibi conscivit
hostem, qui nec uni quidem Friderico par erat; & causa belli quesita
magis ex veteri in Regem Franciæ odio, quàm justa probatave à scri-
ptoribus causa. Sed mirum quam ingentem exercitum contraxerit
Otto Imperator ex Saxonibus & Westfalis, quem Francici annales
quinquaginta millia selectorum militum fuisse perhibent, postquam
lociorum copiæ accesserant; junxere enim se Imperatori Henricus
Brabantia Dux Ottonis socer, Henricus Limburgi Dux, Ferdinandus
Flandriæ, Henricus Lovaniensis, Wilhelmus Hollandiæ, Philippus Na-
murci Comites, multiq; Juliae proceres cum Gerardo de Rander-
de, Ex Westfalis accessere Conradus Tremonia, & Otto Teclenburgi
Comites, interque hos Bernardus de Horstmaria Dynasta, celebris ea
tempestate miles; quemadmodum à Guillermo Britone ante cete-
ros ejus belli scriptores celebratur fulmen armorum,

Godefrid.
Matth.
Paris.
Histo. Angl.
Guillerm.
Armor. l. 11.
Anon. 3. p.
Chron.
Ursberg.
Chron.
mont Seren.
Alb. Stad.
Otto
Imp. bel-
lum Regi
Gallia in-
fert, Sax-
onum
Westfalo-
rumque
armis ad-
jutus.

Et

Et quo Teutonicos inter præstantior alter
 Non fuit, aut major membris, aut corde Gerardus,
 Hostimalis contra Francos emissus ab oris,
 Qui tanta fama, qui tanti nominis heros,
 Ut vix Ottonem Saxoniam præferat illi.

Quem Gallus hic Poëta Gerardum scripsit, Bernardum dicere debebat; haud secus quam Tinqueburnitem, & Ottonem de Tinquenburg corrupta voce appellat, cum is Teclenburgensis sit Comes.

Otto
 Imp.
 cum Re-
 ge Gal-
 lia con-
 figit, &
 prælio
 vincitur.

Ad famam adventumque potentis hostis evocavit Philippus Rex Franciæ florem juventutis bellicæ, virosque quam maximè bellicosos; delectuque habito processit obviam, haud parum fluctuans animo ob ingentem hostium multitudinem, pugnandum, an cedendum esset, ne summam rei in discrimen daret. Consilio proinde Ducum advocato cum deliberaret, nunciatur Ottonem in propinquo stare accinctum, & jam misceri certamina, quæ revelli non possint: nec alia hic consilia esse, quam quæ necessitas imperaret. Illico igitur galeam & thoracem poscens vicinam D. Petri ædem supplex intrat, atque ibi Dei & Virginis Matris ope implorata, acies producit in hostem, tanto etiam confidentius, quod adversus Imperatorem diris à Pontifice devotum sibi pugnandum. Inde canentibus utrimque signis 7. Calend. Augusti concursum ad Bovinas (pagus est inter Tornacum & Insulas.) Atrox prælium, quo vix alias majoribus odijs, & truculenta magis strage decertatum. Diu anceps pugna, in qua Francorum Rex suffosso equo prostratus, ac propè obritus jacuit. Imperator verò diu inter hostilia signa jactatus demum pectore graviter saucius prælio excessit, ac desperata victoria suos secum in fugam traxit. Memorabile ex clade Imperatoris prælium, quo cæsis Germanis, xxx majorum ordinum ductores capti; quos inter Henricus Palatinus Rheni, Ferdinandus Flandriæ, Reginaldus Bononiæ, Conradus Tremoniensis, Otto Teclenburgicus Comites, Bernardus Horstmarientis, & Gerardus Roderodinus Dynastæ fortissimique militum. Ea clade res Ottonis vehementer fuerunt attritæ, multumque Germanorum nomen apud Francos cœpit in contemptum venire; quanquam victoria non tam humana, quam cœlesti ope sit parta Francorum Regi. Otto Imperator primum ad focerum in Brabantia confugit, inde Coloniam se recepit, fidam sibi hætenus urbem.

Godefrid.
 Aegidius
 Remerus
 Monach.
 Leod. apud
 Chap. t. 2.
 p. 238.
 Broquer.
 lib. 15. ann.

Fraçto Ottoni incubuit Fridericus; traductoque Trajecti per Mosam exercitu, Brabantia fines ingreditur. Quo tam inopinato adventu percussus Henricus Dux Brabantia, Friderico se supplicem sistit, & veniam impetrat, ea lege, ut filium obsidem relinquat, & fidem in posterum sanctius colat; qua etiam conditione Limburgicus in gratiam receptus. Inde reflexo ad Trajectum exercitu, Hugonis Leodiensis Episcopi copias sibi jungit, expugnatoque Falkenbut-

go, Julia-
 ciam va-
 Ottone,
 um & a-
 rumper-
 Ottonis
 insula, q-
 muniti-
 Colonie
 cum cor-
 amissis u-

Ex-
 Maji Co-
 rum è fu-
 de subigi-
 nientes u-
 converti-
 tifice pro-
 nem fac-
 malorum
 rogaver-
 tatibus in-
 tracta, &
 futurum
 post festa-
 vini habi-
 cillation-
 Episcopi
 Aquisgra-
 piscopo
 aut ante
 qui id cu-
 refert. I-
 nis frater
 Ludovic-
 Hentici
 latinatu,
 go,

go, Juliacum viii Septembris obsidione cingit & latè circum provin-
ciam vastat. Quibus malis adactus Wilhelmus Juliae Comes, ejurato
Ottone, Friderico se submittit. Supererat Colonia Ottonis praesidi-
um & ad Rheni inferioris limites obstaculum, ne in Westfaliam ir-
rumperet. Perstabat enim urbs in fide Ottonis constans, nihil mota
Ottonis clade, & Friderici circum insultantis potentia. Sed & Caesaris
insula, quae Ottoniano praesidio tenebatur, retardabat Fridericum. Ea
munitissima loca cum arduum esset expugnare, vastato circum agro
Coloniensi exercitum ad hiberna deduxit. Imperator interim sese
cum conjuge intra Coloniam per hyemem continebat, cui ceteris
amissis una spes erat in Westfalorum & Saxonum fide.

Annus Christi 1215.

Innocentij III Pont. 18.

Ottonis IV Reg. 18. Imperat. 7.

Friderici II Reg. 3.

Bernardi III Ep. Pad. 12.

Exacta hyeme, Fridericus Rex Andernaci ad Rhenum Calendis
Maji Conventum Principum indicit, ad quem cum magna proce-
rum è superiori Germania & Belgio multitudo confluxisset, actum
de subigenda urbe Colonienfi, & Friderico Rege coronando. Colo-
nienfes ubi omnia Principum consilia, omnemque belli molem in se
converti didicere, haberentq; Archiepiscopum Theodoricum à Pon-
tificis proscriptum, quod Ottonianarum partium esset, sibi verò om-
nem sacrorum usum jam in alterum annum interdictum; quorum
malorum causa cum ab Ottone esset, Pontifici & Principibus invito,
rogavere Ottonem ut urbe excederet, nec se impendentibus calami-
tatus involveret; id si faceret soluturos se omnia debita in urbe con-
tracta, & 600. marcas in subsidium collaturos. Otto cum nec è re sua
futurum conspexit nutantibus civibus in urbe remanere, in Saxoniam
post festa Paschalia discessit; quem haud multò post conjux sumpto
vini habitu consecuta est. Tum verò libere coeptum tractari de recon-
ciliatione & pace cum Friderico Rege. Et ille jam urbis securus cum
Episcopis & splendido procerum nobilitatisque Belgicae comitatu
Aquisgranum ingressus, festo D. Jacobi à Sifrido Mogunrino Archie-
piscopo solemnè ritu Rex inungitur. Quod etsi nonnulli anno priori
aut ante biennium factum velint, certior tamen est fides Godefridi,
qui id cum auctore Chronici Montis Sereni alijsque ad hunc annum
refert. Godefrid. Colonienfes ad pates Friderici R. transeunt.
Eo in congressu Principum Henricus Palatinus Rheni Otto-
nis frater à Friderico Rege Palatinatu exutus, dataque est dignitas hæc
Ludowico Bavariae Duci. Fridericus Rex Aquisgrani inungitur. Avent. l. 7. Grez. lib. 2. contra Gelastum. Brauer. l. 15. annal. Trev.
Simul Otto Ludovici filius duxit filiam
Henrici Palatini in matrimonium iisdem artibus se firmaturus in Pa-
latinatu, quo socer adierat. Altera Henrici filia denupta Limburgico
Duci.

Gggggg

Duci.

Duci. Stadenfis hoc anno Palatinum obijisse perhibet; ejus tamen vita ad annum 122 prorogatur ab alijs.

Otto Ep-
Monast.
è captivi-
tate libe-
ratur.

Godefrid.
& Albertus
Stad.
Tribem.
in chron.
Girsa.

Sub id tempus, pridie videlicet quàm Fridericus coronaretur, Otto Monasteriensis Episcopus è captivitate liberatus. Hæserat ille jam per biennium Werdæ in Cæsaris insula captivus, conjectus in grandem, qui illic est turris, carcerem. Ac multum sollicitatus Otto Imperator, dum Coloniae per hyemem versaretur, Episcopum è vinculis laxaret, quem non alio crimine obnoxium haberet, quàm quod ex Pontificis voluntate sese in partes Moguntini Archiepiscopi & Friderici Regis inclinasset, nullis tamen unquam armis contra Imperatorem sumptis; sed nihil ab Imperatore ad Rhenum præfente imperari potuit. Eo demum in Saxoniam demigrante, multi Westfalix proceres miserati integerrimi præfulis, è tam clara Comitum Benthemensium & Hollandorum familia orti, armis liberandum susceperunt; horum Dux Adolphus Montrium Comes, vir bello contra Albigenes clarus, collectis è Westfalia bellicosorum nobiliù virorumq; multorum copijs, Werdense Oppidum vi aggreditur, Et oppugnatum hoc acriter per multos dies; verùm cum & loci munitio, & præsidiariorum fortitudo omnes insultus conatusque eluderet, nihil his fractus Adolphus Comes, oppugnationem ad militares artes convertit, cœpitq; suffusionibus agere; quemadmodum ingenij viribus plerumque potentius quàm corporis pugnatur. Cuniculis igitur ad ima turris fundamenta perductis, quibus tota moles in ruinæ periculum venit, propugnatores exterriti, inopesque consilij, castrum unà cum Episcopo dedidere. Et Episcopus in hunc modum assertus in libertatem, recta se Aquisgranum ad Fridericum Regem contulit, magnoque Episcoporum omnium & Principum gaudio est exceptus.

Godefrid.
Caesar. lib. 3.
c. 6.
Lib. 4. c. 10.
Lib. 10. c. 22
Lib. 12. c. 23
Epistola ad
Engel. apud
Gelen. p. 338
Plures è
Germania in Pa-
læstinam
abeunt,
terram
sanctam
recupera-
turi.

Sed nec minus memorabile, quod in hoc Aquisgrani Episcoporum & Principum congressu actum refert Godefridus. Invitarat anno superiori Innocentius Pontifex christianos Principes ad novam in Palæstinam expeditionem adversus Saracenos; id opus cum per Legatos Apostolicæ Sedis, oratores sacros in provincijs, ac tubas hujus belli ubique strenuè susciperetur, innumerabilis multitudo, ut Godefridus retulit, crucis tessera insignita ad liberandam terram sanctam confluit. Cœpra quidem hæc expeditio Andarnaci in superioribus Principum comitijs agitari, ubi & inter primos Germaniæ Principes Ludovicus Baviaræ Dux nomen sacre militiæ professus est: ac postquam Oliverius Scholasticus Coloniensis idemque Paderbornensis noster Canonicus, & Joannes Sanctensis Ecclesiæ Scholasticus, auctoritate Innocentij Pontificis, Aquisgrani in celeberrimo hoc Principum conventu tubam sacram inflare, & ad crucis signum pro confectione invitare cœperunt; illico Fridericus Rex, Sifridus Moguntinus Archiepiscopus, Leodienfis, Bambergensis, Pataviensis, Argentinenfis Episcopi,

Episcopi, Dux Moraviae, Dux Brabantiae, Dux Limburgensis, Palatinus Comes Thuringiae, Marchio Badensis, Wilhelmus Juliaci Comes, Henricus Comes Seimensis, Comes de Monte, & magna nobilium equestrium multitudo cruce signata nomen sacrae militiae dederunt. Accessere post magno numero Episcopi & proceres ex Westfalia & Saxonia, sequentibus annis memorandi; quanquam his Livonia tum sacri belli campus erat, in quem magna nobilitatis pars traducebatur. Inde Joannes Sanctensis & Olivarius Principes hujus belli oratores, partiti provincias, adscitisque ex clero Sacerdotibus in auxilium, Coloniensem dioecesim, Juliam, Brabantiam, Flandriam, Westfaliam, Frisiam, vicinasque regiones palam docendo, vocandoque ad sacram militiam peragrarunt. Et Olivarius dum Westfaliam & Frisiam circuit, multa e caelo prodigia data; visa enim in dioecesi Monasteriensi, in Frisia, & Ultrajectensi provincia varia ac mirifica in aere crucis signa, quae multis recensentur a Caesario, Cantipratano, aliisque Scriptoribus, quibusque mortalium mentes vehementer accensae sunt; ne quid referam de miraculis per Olivarium patratis, quae Caesarius quoque aequalis eorum temporum scriptor retulit.

Cesar. lib. 10. c. 7.
Cantipr. lib. 2. c. 3.
Jacob. Bosig

Ceterum Principes Aquisgranii congregati, ut, profugo in Saxoniâ Ottone, omnia ad Fridericum Regem adigerent, misere Coloniâ Theodoricum Trevirensis Archiepiscopus, & Henricum Brabantiae ducem, quorum auctoritate & industria urbs Agrippinensis ab Ottone abstracta in Friderici partes concessit. Quapropter Fridericus pridie Nonas Augusti regio comitatu Agrippinam ingressus, insigni cum honore a clero populoque exceptus. Inde ad Basilicam iram, ubi Trevirensis Archiepiscopus, post sacrum Missae sacrificium solemniter decantatum, univertum cum Clero populum a poenis Ecclesiasticis absolvit, reddita sacrorum libertate, qua per annum & quinque menses prohibiti erant. Rex non nisi per septem dies in urbe commoratus, in publicis istis Principum comitijs publicam Germaniae pacem sanxit, vectigaliaque & telonia, quae per bella contra fracta erant, sustulit. Salutaribus praeterea legibus consultum Reipublicae, in qua & Principes juravere.

Theodoricus in Episcopatu Ultrajectensi successit Otto Comes III Gelriae, dein Otto Comes Lippien-

Excesserat ante triennium Theodoricus Ultrajectensis Episcopus, in cuius locum, patrocinio Otonis Monasteriensi Episcopi, Adolphi Colonienfis Archiepiscopi, & Gerhardi Osnabrugensis Episcopi, ac paulo post Bremensis Archiepiscopi, subrogatus erat Otto Gelriae Comes ac Praepositus Sanctensis, praeclearis naturae dotibus exornatus; sed quod juvenis esset xvii annorum, aetate prohibebatur ab Episcopi munere; eo Romam profectus, Northusij in itinere anno 1213 mortuus. Quapropter in ejus locum Canonicorum suffragijs sublectus Otto Lippienfis Comes, Ultrajectensis Praepositus. Is Regem hoc anno Francofurtum comitatus, ea in urbe Episcopus consecratur, & regali-

bus

Gggggg 2



bus à Friderico Imperatore exornatur. Hic Otto celeberrimus inter Westfalos, Bernardi Lippicensis Comitis filius, qui per id tempus ex Monacho Campi Mariæ Livoniæ Abbas inter Apostolicos viros numerabatur, quem haud multò post Otto Aldensaliæ Lealensem Episcopum consecravit, filius patrem; tamen Bernardus per id tempus alterum haberet filium Gerhardum ex Episcopo Osnabrugensi transectum ad Bremensem Archiepiscopatum; cui tertius accedit filius Bernardus, ex Præposito Embriicensi delectus Paderbornensis Episcopus: quartus filius Theodoricus Præpositus Daveritriensis. Rara profecto familiæ felicitas, quæ patrem Episcopum, & tot filios simul Episcopos ac præfules Ecclesiæ conspexit.

Has inter concussæ Germaniæ Saxoniamque turbas Bernardus Episcopus noster, quod aliàs Saxoniam Episcopi fecere, partium se intactum securumque servavit; quod hinc Friderici Regis minis, illinc Ottonis Imperatoris per Saxoniam adhuc dominantis potentia stringeretur. Quantumq; Bernardus Episcopus se à publicis continebat, tantum se in dotandis Ecclesijs & Cœnobijs impendebat, quod ex sequentibus liquebit. Sicuti & hoc anno insigni beneficentia merie de Giselferto, Campi Mariæ Abbate, totoq; Cœnobio illo. Quam in rem publicæ tabulæ extant apud nos, multis è clero & nobilitate ac Monachis Campi Mariæ testibus consignatæ. *Acta hæc memorantur anno Dominicis Incarnationis MCCXV. Indiæ. III. Pontificatus nostri anno XI.*

Annus hunc clausit Innocentius Pontifex, omnium operum, quæ gessit pulcherrimo, convocando Lateranense concilium, quod mense Novembri Romæ celebratum est, ipso Pontifice præside & perorante: argumento sermonis ducto ab illo Christi dicto, *Desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar*; quod & ille de suo vitæ exitu vaticinatus videri poterat, quippe qui altero post anno excessit è vita. Invitati toti orbis Christiani Episcopi, literis ad omnes Metropolitanos & Archiepiscopos missis; inter quas prima in concilio præmittitur Epistola ad Moguntinum Archiepiscopum ac Metropolitanum nostrum, in qua de expeditione recuperandæ Palæstinæ pertractat, hæc enim una ex urgentibus hujus concilij causis erat. Hoc deinde argumento scriptum ad Coloniensem, Trevirensis, Magdenburgensem, Salisburgensem, ceterosq; Episcopos, ac Reges, Conventus Episcopi quadringenti & duodecim; quos inter Patriarcha Constantinopolitanus & Hierosolymitanus præsentis fuere; Antiochenus vero & Alexandrinus Patriarchæ, quod alter morbo, alter Saracenorum metu impeditus, misere Legatos. Primates deinde infra hos ac Metropolitanum septuaginta & unus. Ceterorum verò Antistitem, Abbatum, aliorumque præfulum ob multitudinem haud unitus est numerus. Universim bis mille ducenti & duodecim Patres convenere, quod passim Scriptores cum Biniò tradunt. Primores Cœnobiolorum numerant

Godefrid.
Abbas
Ursberg.
Albert.
Stad.
Auctor
Chron.
Mont.
Seren.
Richard.
à S. Ger-
man.

Chron. fos.
sa nova.
Matth.
Paris.
Odoarius in
hist. Eccles.
Concili-
um Late-
ranense
sub Inno-
centio
III.

omnib.
omnib.
omnib.
omnib.

eberrimus inter
 per id tempus ex
 olicos viros nu-
 Lealensem Epi-
 dus per id tem-
 o Osnabrugensi
 tertius accedit
 Paderbornensis
 s Daventriensis,
 um, & tot filios
 urbas Bernardus
 re, partium in-
 regis minis, istinc
 is potentia strin-
 icis continebar,
 ebat, quod ex le-
 centia merie de
 lo. Quam in rem
 silitate ac Mona-
 nemorantur anno
 tus nostri anno XI
 mnum operum,
 oncilium, quod
 tifice praeside &
 i dicto, *Desiderio*
 tar; quod & ille
 qui altero post an-
 ppi, literis ad om-
 uas prima in con-
 iscopum ac Me-
 erandæ Palæstinae
 h causis erat. Hoc
 tensem, Magden-
 Reges, Convenc-
 triarcha Constau-
 Antiochenus ve-
 lter Saracenorum
 infra hos ac Me-
 nstitum, Abba-
 unitas est nume-
 convenere, quod
 enobiorum nu-
 merant

merant octingentos. His accessere omnium ferme gentium extera-
 rum, ac Regum, Principumque Legati. Magnificum sane & œcume-
 nicum, de quo nemo sapiens controvvertet, concilium, in quo expli-
 cata catholica fides adversus Albigenes, ceterasque obortas hæreses:
 tum collapsa cleri populique disciplina formata; postremò actum
 pro recuperatione terræ sanctæ. Quam in rem septuaginta de hære-
 ticiis decreta Canonum à Patribus præscripta sunt, celeberrimo Ec-
 clesie instituto bonoque. Et quam præclaro statim canone Patres?
Una est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur;
in qua idem ipse Sacerdos et Sacrificium Jesu Christi, cujus corpus et
sanguis in Sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter continen-
tur, transubstantiatis pane in corpus, et vino in sanguinem, potestate divina.
Et hoc utique Sacramentum nemo potest conficere nisi Sacerdos, qui fuerit rite
ordinatus secundum claves Ecclesie, quas ipse concessit Apostolis et ipsorum
Successoribus Jesus Christus. Quod & à nostrorum temporum hære-
 ticiis, & hæreticorum magistris diligenter animadverti velim; qui cum
 rite ab Episcopo ordinati non sint, necesse est horum aliorumq; Sa-
 cramentorum jactura defraudare populum. Statutum præterea de
 hereticis damnandis puniendisque: de Sacramentis Eucharistie &
 Pœnitentiæ quotannis in Paschate frequentandis: de chrismate, &
 Eucharistia sub fideli custodia clavium servanda: de viatico infirmo-
 rum præbendo: de vitijs Clericorum emendandis & castigandis, &
 quæ ejusmodi sunt complura. Conjugia quoque, quæ ad sextum
 usque consanguinitatis & affinitatis gradum permilla erant, intra
 quartum restricta sunt. Canone etiam xi præscribuntur Collegijs
 Cathedralibus & Metropolitanis Magistri Scholarum, qui Cleri-
 cos ejus Ecclesie & pauperes studiosos doceant Grammaticam &
 humaniores literas, eoque Sacerdotio lautiore donentur Magistri illi;
 præter quos in singulis hisce Collegijs sit Theologus, qui Clericis sa-
 cram scripturam & superiores scientias tradat. Quò nunc satis intel-
 ligimus discrimen inter Scholasticum, Theologum & Magistrum;
 quales toties etiam produximus ex tabulis Episcoporum nostro-
 rum. Hi deinde Canones ex utraque lingua cum Ecclesia latina &
 Græca communicati sunt. Multæ præterea controversiæ judicio
 Patrum decisæ compositæq; sunt. Accessit ad hoc concilium S. Do-
 minicus instituti approbationes sollicitando. Ac Pontifex licet à
 novis ordinibus recipiendis alienior esset, uti id paulò ante canone
 xii sanxerat; postquam tamen in somno illi objecta Lateranensis
 Ecclesie, fabrica in ruinam inclinante, quam D. Dominicus humeris
 suis sustentaret, jussit Dominicum ad suos redire; communicatoque
 deinde eum ijs consilio, instituti sui vitæq; leges referre à se proban-
 das. Divum quoq; Franciscum advenisse, rogatum sui ordinis appro-
 bationem, auctores multi à Wadingo & Collatio producti asserunt.

Et

Oder. in hi-
stor. Eccl.
In vita S.
Domin.
Sirius tom.
S. Domi-
nicus or-
dinis sui
confir-
matio-
nem pe-
tit.
Odoric. in
hist. Eccl.

Tom. Con-
cit. Paris.
recens. edit.
Matthaus
Paris. Ab-
bas Ori-
berg.
Arianus.

Et hunc cum Innocentius Pontifex ad se accedentem rejecisset; post tamen, ubi in somnio illi oblatus est Franciscus labentem quoque Basilicam Lateranensem humeris suis sustentare, conquisitum ad se revocavit, benignèque excepto, omnem ejus institutionum rationem confirmavit. Verùm celebrem utriusque hujus ordinis confirmationem sibi vendicat Honorius Pontifex Innocentij Successor.

Annus Christi 1219.

Innocentii III Pont. 19.
Otonis IV Reg. 19. Imper. 8.
Friderici II Reg. 4.
Bernardi III Ep. Pad. 13.

Godsfrid.
Ursberg.
Richard. de
S. Ger.
Odor. Reg-
inal. in
hist. Eccles.
Coffari. in
not. ad con-
cil. post
edit.
Frede-
rico
regnum
denuo in
concilio
Lateran-
confir-
matur.

Adulto jam vere, Fridericus Rex Calend. Maij Norimbergæ Principum comitia egit, præsentè Petro Sasso Cardinale Apostolicæ Sedis Legato, Indixerat illa Rex ad vacillantem Germaniæ statum confirmandum, quò & jura per provincias dicerentur æquius, & liberius de pace tractaretur. Miserat quidem superiori anno tam Otto, quam Fridericus suos Oratores ad Lateranense concilium; alter ut obtenta venia imperium, à quo dejectus erat, reciperet; alter ut sibi afferret. Sed à Patribus pro Friderico pronunciatum est; movitque Patres Marchio Montisferrati, Otonis perfidiam adversus Apostolicam Sedem, violata Sacramenta, spolia Romanæ Ecclesiæ, multaque præterea ejus crimina exaggerando. Quibus Fridericus Rex confirmatus, liberum sibi per Germaniam imperium sumpsit. Dejectusque Otto intra Saxoniam se continuit, tanquam Saxonum tantum se Imperatorem ferret; è quibus tamen Magdenburgensem, & Bremensem Archiepiscopos, Marchionem Thuringiæ, aliosque proceres sibi adversantes habuit. Ceteri metu magis quam animo Otoniani.

S. Engel-
bertus
eligitur in
Archiep.
Colon.

Accessit Friderico Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus hoc anno delectus. Nam postquam Clerus primarius miserat ad Innocentium Pontificem Legatos sciscitatum, quid de Adolpho & Theodorico Archiepiscopo, quorum uterque à Pontifice exauctoratus erat, fieri vellet, ne Ecclesia certo hæcenus rectore destituta fluctuaret amplius; Innocentius Pontifex utrumque averfatus, novi Archiepiscopi eligendi potestatem clero fecit, omniumque suffragijs delectus est Engelbertus majoris Ecclesiæ, & S. Georgij Præpositus, natus Engelberto patre Comite Montium & Altenæ, & à puero in clero enutritus. Vir præter generis nobilitatem & eximiam corporis pulchritudinem, præclaris naturæ dotibus, & Episcopi virtutibus exornatus, ob quæ decora jam ante juvenis octodecim annorum Monasteriensis, ut diximus, Episcopus expetitus erat; vel eo carus Innocentio Pontifici & Friderico Regi, quòd cum fratre Adolpho partes Friderici ad Pontificis voluntatem hæcenus suscepisset, nihil Colo-

Colonienſis Urbis, ceterorumque Ottonianorum factionem veritus, Sed & cives Agrippinenſes non minus quam Clerus ejus electione laci, pacem ſibi & tranquillitatem reddendam pollicebantur; quod ex conſpectu virtutum ejuſmodi Archiepiſcopum fortiti eſſent, quocum in certam ſpem venirent concordia & tranquillitatis, poſt tot bellorum tempeſtates & mala recuperanda. Ac poſtquam ad Legatum Apoſtolicum, qui Norimbergæ Friderico Regi aderat, relata eſt electio, Apoſtolica eam auctoritate probavit; cui & a Friderico Rege mox regalia donata. Miſſi exinde Oratores Romam, qui pallium Archiepiſcopi inſigne impetrarent, Innocentium xvi Calend. Auguſti magno chriſtiani orbis luctu mortuum invenere. Pontifex hic clariffimæ memoriæ, magni inter adverſa animi, inſignis ſapientiæ doctriinæque, quot tot monumenta librorum & volumina literarum reſtantur. Suceſſorem habuit Honorium III in Apoſtolica Sede, viſum, qui Innocentij veſtigijs inhærens, bellum ſacrum ſcriptis ad Chriſtianos Principes literis, pari, qua Innocentius ſollicitudine, & magnitudine animi promovendum ſuſcepit.

Non deſtitit interim Oliverius percuſſare Weſtſaliam & Friſiam, inflammando populorum animos ad ſacram expeditionem. Juvere è cælo prodigia, quæ frequentia viſa, & ab ipſo Oliverio, ut Caſarius reſert, mirifice deprædicata. Quemadmodum poſtea teſte Uirſbergenſi conſpecta eſt ſtella ex Auftro in Occidentem vergens, quæ in magnitudinem trabis augeſcere, & ſenſim prolapſu ſuo deficere obſervata.

Magno poſt hæc Weſtſaliæ bono Engelbert^o Archiepiſcopatum Colonienſem adminiſtrare cœpit, fida ſemper amicitia junctus cum Weſtſaliæ Epicoſis; quos inter & Bernardum Epicoſum noſtrum complexus eſt, virum ea tempeſtate pacis amantem, magna auctoritate & venerationis apud Weſtſaliæ proceres. quippe qui profanis, publicisq; negotijs abjectis, totus erat in religionis cultu exornando, fovendiſq; religioſorum hominum ecceſibus. Quemadmodum hanc in rem extant apud nos publicæ literæ, quibus Alberto Abbati & Cœnobio Monachorum Abdinghioviano decimas villæ in Uſpringen de manu Bernardi de Ofede, hominis, ut inquit, Laici redemptas donavit; tamenſi is ex eadem familia Ofedorum erat, ex qua ipſum Epicoſum produxiſmus. *Acta ſunt hæc Anno Dominice Incarnationis MCC ſexto decimo, VIII Idus Auguſti. Teſtes hujus rei ſunt Lambertus Præpoſitus, Joannes Decanus, Wuſſramus Cellerarius, Voloquinus de Sorvalenberg, Gerhardus de Lippia, Widekindus majoris Eccleſiæ Canonicus, Conradus Plebanus. Miniſteriales Amelungus Comes, Henricus Dapifer, et Lippold^o frater ejus, Hermannus de Brakole, Conradus Camerarius, Andreas de Durslo, Serootherus de Elſen, Hermannus de Wettere, Joannes Stapel, Georgius, Macharius, Eilbertus, Albertus, Eberhardus de Erroethe, Albero de Aſpere,*

Innocentius III obit, cui ſuccedit Honorius III.

Oliverius Weſtſalos & Friſones ad expeditionem ſacram inflammat.

Bernardus Epicoſus varijs Cœnobijs & Eccleſijs beneficit.

Acta sunt hæc Anno Dominice Incarnationis MCC sexto decimo, VIII Idus Augusti. Testes hujus rei sunt Lambertus Præpositus, Joannes Decanus, Wuſſramus Cellerarius, Voloquinus de Sorvalenberg, Gerhardus de Lippia, Widekindus majoris Eccleſiæ Canonicus, Conradus Plebanus. Miniſteriales Amelungus Comes, Henricus Dapifer, et Lippold^o frater ejus, Hermannus de Brakole, Conradus Camerarius, Andreas de Durslo, Serootherus de Elſen, Hermannus de Wettere, Joannes Stapel, Georgius, Macharius, Eilbertus, Albertus, Eberhardus de Erroethe, Albero de Aſpere,

rejecisset; post
em quoq; Basi-
um ad serivo.
rationem con-
onfirmationem
r.
ij Norimbergæ
nale Apoſtolica
niæ ſtatum con-
uius, & liberius
am Otto, quam
alter ut obten-
ter ut ſibi aſſere-
; movitque Pa-
verſus Apoſtoli-
cecleſiæ, multaq;
icus Rex confir-
pſit. Dejectuſq;
m tantum ſe Im-
em, & Bremen-
ſque proceres ſi-
no Ottoniani.
chiepiſcopus hoc
miſerat ad Inno-
dolpho & Theo-
cauctoratus erat,
tituta fluctuaret
tus, novi Archi-
que ſuffragijs de-
ij Præpoſitus, na-
& à puero in cle-
ximiam corporis
iſcopi virtutibus
decem annorum
rat; vel eo carus
n fratre Adolpho
ſuſcepiffet, nihil
Colo-

Aspere, Hermannus de Oriente, et alii quamplures. Alias deinde decimas, quæ ex feudo ad ipsum reciderant, Cœnobio religiosarum Virginum Wilbacensi donavit, quæ eodem anno acta perhibent publicæ ejus Cœnobij literæ. *Testes adduntur Lambertus major Præpositus, et omnes Canonici majoris Ecclesiæ, Amelungus Comes, et Ministeriales.* Hoc ipso anno Bernardus Episcopus cum magno Canonicorum & Ministerialium comitatu Arensbergam profectus ad Godefridum Comitem; ac dum Ecclesiæ suæ negotium, ob quod venerat, cum Comite pertractat, simul Wilbacensi Cœnobio Virginum ampla prædij Bulheim bona à Comite impetravit, quæ Comes fatetur se rogatu venerabilis Episcopi Paderbornensis donare, nec aliud reposcere, quam ut piæ Virgines Deum pro suis & majorum delictis sibi propitium implorent; factaque est hæc donatio præsentis & volente conjugis ejus Agnete, filijs Godefrido & Joanne, ac filia Alceithe. Publicas hac super re tabulas confecit Godefridus, quas à Bernardo Episcopo consignari voluit, ac testes à latere Episcopi memorantur. *Volquinus de Swalenberg, Cratho, Gerhardus de Lippia, Widekindus Canonicus.* Ministeriales verò Episcopi *Everhardus de Ervoethe, Henricus Daffer, Hermannus Marefballus, Bernardus de Vesperthe, Nobilis vir Adolphus de Dassele.* Ex Comitum parte *Rotgerus de Berbenne, Wilhelmus de Ole, Bermundus et Godeschalcus de Ervoethe, Gerhardus de Ruthen, et Ministeriales.* Acta sunt hæc Anno Dominice Incarnationis MCCXVI, Indiethione IIII, Domino Innocentio tertio Pontifice universalem Ecclesiam gubernante. Hos inter Testes uti & in superioribus Abdinghovanis sistitur Gerhardus de Lippia Comes, (is qui post Bremensium Archiepiscopus in locum Gerhardi senioris delectus est. Quemadmodum per id tempus Collegium Paderbornensis Ecclesiæ Comitum filijs illustre erat; quo in numero etiam Volquinus Comes Swalenbergensis supra relatus producit Episcopus Mindensis.

Annus Christi 1217.

Honorij III Pont. 11.

Otonis IV Reg. 26. Imper. 9.

Friderici II Regis 5.

Bernardi III Ep. Padi. 14.

Concil. Lateranens.
Odoricus in
hist. Eccles.
ex Innocentii epist.
Godefrid.
Ursberg.
Expedi-
tio nova
in terram
S. à Pon-

Quiève anno ab hinc consequenti arma Ottonis exauctorati Imperatoris, & Friderici Regis, quantum ex silentio scriptorum colligere fas est; seu quòd Pontifex per quadriennium cessationem armorum in concilio Lateranensi indixisset, ne quid sacram expeditionem in terram sanctam impediret; seu Reges, quique sua parte contenti, Otto Saxonia, Fridericus ceteris Germaniæ provincijs, à judicio novi Pontificis suspensi hærerent. Eò nunc liberius bellum sacram processit, sollicitante Reges & Principes Honorio Pontifice per literas & Ora-

Insigni
victoria
adversus
Sarace-
nos Chri-
stiani po-
tuntur.

ceteris Lusitani, velint per hanc moram sibi adversus Saracenos haud minus Lusitania quam Palaestina juratos hostes belli operam accom-
modare; quod cum Frisij improbarent, dicerentque sibi Orientalem
profectionem esse praepositam, cum octoginta navibus discessere,
navigatione in Palaestinam arrepta. Perstitit reliqua classis duce Wil-
helmo Hollandiae, & Georgio Werdano Comite; castrumque Alca-
zarium obsidione cingunt. Quo cognito, quatuor Saracenorum
Reges, ex Hispania congregati, cum exercitu centum armatorum
millium advolant; quorum adventu haud parum terrii peregrini
nostri; sed cum Lusitani, & qui apud eos erant, Templarij & Hospi-
talarij milites subsidio venissent, ausi junctis viribus Christiani ad fi-
gnum crucis, quod in acie fulgens se obtulit, praelium inire. Pugna-
tum 7 Calend. Octobris, caesque in acie supra XIII millia Sarace-
norum, uti Godefridus denarrat. Victoriā hanc, quae coelestima-
gis, quam humana ope est parta, auget Marianus clade sexaginta mil-
lium Maurorum, captis duobus Saracenorum Regibus. Falsi postea Sa-
raceni se cum praelium ineundum esset, conspexisse alium longè for-
midabiliorem exercitum cruce insignitum. Post festum omnium San-
ctorum redijt victor peregrinorum nostrorum exercitus, hyema-
tumque est in portu Ulyssipponensi.

Casari, lib.
9. c. 13.

Memorable, quod ex hac navigatione Hermannus Decanus ad
S. Gerdonem retulit. Veritum erat, ne in ulla navium Eucharistia set-
varetur. Ejus legis seu inscius, seu contemptor Sacerdos, in unam Fri-
sonum navim secum Eucharistiam intulit; quae cum postea naufragi-
um fecisset, arcula, qua corpus Dominicum custodiebatur, visa pe-
lago innatare, ac veluti remis impulsā celeri praereliquis cursu ad lit-
tus properare; & quod conspectus in miraculo erat, nulla gutta
operculo etiam patulo influxerat. Sanē tum una species Eucharistiae
apud Frisones in usu; quemadmodum in concilio Lateranensi Eu-
charistia mandatur servari, & diligenter recludi, quae in firmis & mo-
rituris viaticum detur.

Alter
Germa-
norum
exercitus
fortiter
& felici-
ter rem-
gerit in
Palaesti-
na.

Alter Germanorum exercitus postquam incolumis in Palaesti-
nam delatus, obviam habuit Patriarcham Hierosolymitanum cum
mirifico crucis signo; ad ejus conspectum Rex Ungariae & Dux
Austriae cum toto exercitu prae in terram procubuerunt. Inde tres Re-
ges Hierosolymae, Ungariae, & Cypri in hostem progressi; ad quo-
rum adventum Soldanus cum Coradino fratre in fugam se dedit,
oppidis & castris circum in spoliū Christianorum relictis. At post-
quam Rex Ungariae, ac Cypri cum ingenti peregrinorum multitudine
necessere, frustra precante Patriarcha, Leopoldus Dux Austriae rem
fortissime gessit. Is duos sibi constantes fidosque habebat Episcopos,
Ottonem Monasteriensem, & Ottonem Trajectensem cum auxilia-
ribus ex Westfalia & Trajectensi dicecesi copijs; quorum ope & in-
dustria

Iudæa Cæsarensē in Palæstina castrum instauratum est ; id quod in-
gens postea momentum attulit ad Cæsareæ urbis expugnationem.

Annus Christi 1218.

Honorij III Pont. 2.
Otonis IV Reg. & Imper. ultimus.
Friderici II Reg. 6.
Bernardi III Ep. Pad. 15.

Fatalis subinde annus adfuit Ottoni Imperatori, quem hoc an-
no consensu Scriptorum mors ventris profluvio sustulit. Juvabit id à
Godefrido certo eorum temporum auctore accipere. *Otto Imperator*
jam per annos octo vinculo excommunicationis à duobus Apostolicis innoda-
tus, cum septem honoratos viros pro impetranda venia Romam mitteret, sed
tamen stare eorum mandato recusaret, post Pascha febris corripitur; deinde in-
gravescente morbo, ubi sibi diem mortis imminere cognovit, Episcopum Hil-
desensem, Sifridum videlicet, et alios religiosos et sapientes viros, scilicet Ab-
bates, et Sacerdotes convocat, et cum gemitu et lacrymis, quid sibi agendum fo-
ret, vel qualiter à nodo excommunicationis absolvi posset, consulit; ad quorum
consilium cum mandato Apostolico stare jurasset, ab Episcopo absolvitur. De-
inde ordinato testamento suo, factaque confessione cum perceptione sanctæ com-
munionis et sacra unctionis, cum magna contritione cordis in castro, quod
dicitur Hartzburg, Jdibus Maji moritur. Corpus Brunsvicum transla-
tum, et Imperialibus indumentis juxta patrem suum, et matrem in Ecclesia S.
Blasii sepelitur. Auctor est Albertus Stadenlis tanto eum dolore ex-
arsisse in expiationem peccatorum, ut famulis & domesticis è culina
servis cervicem pedibus calcandam, dorsumque Sacerdotibus flagel-
lis caedendum obtulerit, patris Henrici Leonis exemplo, qui per ejus-
modi poenitentiae opera se ad placandum numen mortemque com-
posuit. Visaque est non tamen iripi vita, quam pia mors donari; nec
tamen sine piacularibus flammis fuit, siquidem Cantipratanus vera
narrat. Nam post obitum matertera, quam in Monasterio castissi-
mam habebat virginem, se ad valvas mane pulsando obtulit, petijtque
per religiosorum Cœnobia pro se sacrificia & preces fieri. Quibus
rite persolutis, rursus se clarissima luce circumfusus matertera stetit,
gratias egit, ac sibi jam à poenis omnibus libero cœli aditum patre
alleruit. Ceterum ab excessu Ottonis diadema, lanceam, ceteraque
Imperij ornamenta Henricus Palatinus frater ad se traxerat, quæ Ho-
norius Pontifex demum minis & censuris Ecclesiasticis extorsit, Fri-
derico Regi tradenda. Morte Ottonis æmuli omnia ad unum Fride-
ricum Regem devolvuntur. Et ille, ut ex communi Principum, cum-
primisque Saxonum, sententia se in solio firmaret, in Saxoniam hoc
anno profectus, Hervordiam accessit, ad Westfalorum animos sibi de-
merendos, quemadmodum id Albertus Stadenlis scribit; ex qua vicini-

Godefrid.
in Ann.
Ursberg.
Albertus
Stadenf.
Cantiprat.
lib. 2. c. 53.
Crantzius
in Metrop.
l. 7. c. 35.
& in Sax-
on. lib. 7.
c. 37.
Egidius
Aurea
vallis Mo-
nach.
Annal.
Fland.
Chron.
Sclavie.
incerti
aut.
Specul. hi-
stor.
Otto
Imp. piè
ad mor-
tem di-
spositus
obit.

Otto
obit
lib. 2.
c. 53.
Cantiprat.
lib. 2.
c. 53.
Crantzius
in Metrop.
l. 7. c. 35.
& in Sax-
on. lib. 7.
c. 37.
Egidius
Aurea
vallis Mo-
nach.
Annal.
Fland.
Chron.
Sclavie.
incerti
aut.
Specul. hi-
stor.
Otto
Imp. piè
ad mor-
tem di-
spositus
obit.

Hhhhhh 2 nate



tate urbis intra nostram diœcesin haud dubiè Bernardus noster Regem salutavit.

Felicibus adhuc armis Germanorum procedebant res in Palaestina. Nam quæ Ulyssipone relicta classis pars hyemarat, post varios tempestatis casus Acconem tandem appulit; congregatisque omnibus peregrinorum navibus, consultum habuere Patriarcha, & Joannes Hierosolymorum Rex, Episcopi, Duces, Hospitalarij & Templarij, ceterique cruce insigniti descendere in Ægyptum, & Saracenis ingressum in Syriam intercludere; ex quo enim Ægyptus Damasceno Regi paruit, ille Syriam regno suo conjungere cœpit, & cum innumera barbarorum multitudine quotannis in terram sanctam effundere, quo res Christiana semper in pejus prolabi visa: & si Damiatâ

Damiatâ
obsideri à
Christianis
cœpta.

urbs, claustrum utriusque regni ad Nili ostium, interciperetur, frenum Saracenis injectum fore, portumque istuc occupati, ex quo ingentes opes Ægyptiorum Regi, & belli nervus subtraheretur. Igitur festo Ascensionis, congregatis omnibus Christianorum navibus, classis solvit; ac prospero cursu intra triduum in Nili ostium delata, constitit ante Damiatam; factaque excensione à Colonienfisbus primùm & Frisijs (quorum hic prima laus fortitudinis se exseruit) castra firmare cœperunt Christiani. Urbis oppugnationi obstabat vasta turris, Phari nimirum illius in medio Nilo moles, militis præsidio firmata, ex qua catena ad muros urbis ducta erat, ne quis navium transitus per fluvios, accessusque ad urbem esse posset. In hanc omnis vis primum conversa; sed tanta cum clade iterato repulsa est, ut consilia

Animos
ijs ad-
dente
Oliverio.

expugnandæ turris inter Duces vacillarent. Tum verò Oliverius noster erigere nutantium animos, & suis pecuniarum impensis, quas ex sacra stipe collegerat, fabricare firmam & prægrandem machinam navibus impositam, equa scalæ pontesque admoti, ascensuque in turrim magna alacritate militum factus, frustra Saracenis superne lapides, tela, & ignes injicientibus. Expugnata primo insultu turris, & barbari vel trucidati, vel in flumen præcipites acti. Hoc successu Damiatâ urbs Ægypti munitissima, ac tribus per circuitum muris, amplis fossis, innumerisque turribus firmata, terra marique obsideri cœpta. Arduum opus, quod oppositis castris infestus assideret Soldanus; sed quia salus Palaestina, & totius expeditionis momentum in ea versabatur, obsidio incredibili Christianorum labore & fortitudine protracta est in sequentem annum.

Qua in
obsidio-
ne desi-
derati
Adolphus
Comes
Mont. &
Otto Ep.
Monast.

Desideratus in hac ærumnosa obsidione Adolphus Montium & Altenæ Comes, D. Engelberti frater, Colonienfis, Westfalorum & Bremensium Dux. Otto præterea Monasteriensis Episcopus ad Cæsaream extinctus, uti Oliverus noster scribit libro nondum edito de Damiatâ expugnatione, quod & facti Monasterienses hoc inscripto elogio restantur:

HHHHH

Virtutum

Virtutum sidus Otto super omnia fidus

Morte peregrina levipendo pericla marina.

Gubernarat annos xv, multis Ottonianarum partium injurijs agi-
tus, præclara cum laude Ecclesiam suam, vir Apostolicæ Sedis studio-
sissimus, & zelo religionis flagrantissimus; quod satis etiam hac ex-
peditione in terram sanctam professus est. Comes licet Benthemius,
humilem tamen in literis se Ecclesiæ ministrum appellare solitus. Res
ejus præclare gestas virtutesque conscripsit Hermannus quidam Mo-
nachus Campi Mariæ, quem librum invida nobis ætas subtraxit. Ot-
toni subrogatus festo Mariæ Magdalænæ Theodoricus III Arnoldi
Henburgici filius, ædisque Metropolitanæ Colonienfis Præpositus;
idque patrocinio Engelberti Colonienfis Archiepiscopi & consan-
guinei, cujus tum magna per Westfaliam auctoritas erat, impetra-
tam. Quemadmodum ejus quoque studio post Engelbertus Theo-
dorici frater ad Episcopatum Osnabrugensem proventus, qui malè
à Crantzio Bruno appellatur; sed qua familiæ mercede id factum do-
cebit ipsius Engelberti Archiepiscopi funesta cædes.

Bernardus Episcopus noster quo minus in numerum cruce si-
gnatorum veniret, impediabatur senio. Laboresque illos peregrina-
tionis domestica vigilantia, & studio religionis procurandæ com-
pensavit, arctam non modò religiosorum Coenobiorum, sed & Cle-
ri Cathedralis intra claustrum socialis vitæ disciplinam conservando,
quam & Honorius Pontifex hoc anno suis literis decoravit. Nam
cum è nobilitate Conradus de Boffesem Huxtariæ Xenodochium ad
institutum Xenodochij S. Spiritus, quod Romæ Saxonum est, con-
dere meditaretur, Pontificem Romæ adire; is pium hoc opus, quod
locum intra jurisdictionem Paderbornensis Episcopi notaret, scriptis
ad Bernardum Episcopum literis in hunc modum commendat.

*Honorius III PP. Paderbornensi Episcopo. Veniens ad presentiam
nostram dilectus filius Conradus de Boffesem nobis humiliter supplicavit, ut,
cum ad honorem Dei et solatium infirmorum et pauperum in loco, qui Hux-
aria dicitur, velit hospitale construere, ipsumque hospitali sancti Spiritus in
Saxia facere censuale, illud edificandi, et construendi capellam in eo, ad haben-
dum cimiterium, et proprium Capellanum ad opus infirmorum et pauperum, li-
centiam concedere dignarentur. Nos ergo pium ejus propositum in Domino
commendantes, ac fraternitati tuæ nihilominus deferentes, per Apostolica tibi
scripta mandamus, quatenus cum loci diocesanus existas, eidem postulata con-
cedas, sine juris præjudicio alieni. Datum Laterani Non. Aprilis Pontifi-
catus nostri Anno secundo.*

Nota ex multis Corbeiensium tabulis nobilium Boffesemio-
rum familia; servatque nomen pagus trans Visurgim Boffesemius ad
radicem Solingani saltus. Superest quoque Xenodochium S. Spiri-
tus cum æde sacra Hoxtariæ ac silva ejus nominis à fundatore donata,
quæ

Virtutum

quæ nunc omnia in manibus sunt hæreticorum. Sed longè illustrior memoria ex faxea ab Caroli M. ævo, celebri illo Saxonum seminario Romæ, quod in Xenodochium post transiit. Fortè illo Conradus conditor hospitio benignè exceptus, cùm rediret ex itinere Palæstinæ inter cruce insignitos.

Strages
Frisonum
aquis
hausto-
rum.

Memorabilis hic annus Frisonum clade. Pugnans illi peregre omnium propè nationum fortissimi ad Damiatam, cùm domi affliguntur populares. Quippe mare supra limites longè lateque effusum plusquam decem millia hominum aquis immerfos hausit. Itam Numinis creditus est provocasse ebrius Friso, qui Sacerdoti Eucharistiam ad ægrum deferenti pixidem è manibus excussit, sacra in terram Eucharistia effusa. Haud multò post ad placandum Numen Theodoricus Monasteriensis Episcopus, cujus jurisdictioni sacræ pars magna Frisæ asserta erat, missis literis solemnem incolis penitentiam indixit.

Annus Christi 1219.

Honorij III Pont. 3.

Friderici II Reg. 7.

Bernardi III Ep. Pad. 16.

Godofrid.
Oliver. in
epist.
Orisberg.
Jordanus.
Odoricus
in hist. Ec-
cles.

Christia-
ni Solda-
num pre-
munt. &
Damia-
tam oc-
cupant.

Trahebatur in alterum hunc annum, Christi videlicet Millesimum ducentessimum decimum nonum, Damiatæ obsidio, magna cum Soldani consternatione. Is enim tanquam de retinenda Palæstina desperaret, Hierosolymam caput regni per Coradinum fratrem munimentis omnibus defendari iussit, muris & turribus in acervum lapidum congestis, ceterisque sacrorum ædibus subversis; paritum tantummodo templi Domini, turri Davidis, & sepulchro Christi, quæ ob loci reverentiam intacta mansere. Conjectusque post in eas angustias fuit Soldanus, ut si Damiatam sibi relinquerent Christiani, pacta offerret, quibus totum Hierosolymitanum regnum cedebat Christianis, sumptusque etiam ad Hierosolymæ instauracionem promittebat. Respuere illa Legatus Apostolicus, Patriarcha, Episcopi, & Templarii. Inde alternis præliis decertatum. Ac licet Calend. Septemb. Christiani ingentem cladem acceperint à Soldano, perstiterè tamen invictis animis; nec aliorum magis celebrata fortitudo ab Oliverio nostro, quàm Templariorum, Teutonicorum, & Frisonum, & Colonienfium: continuata in Autumni exitum obsidio, qua supra triginta millia Saracenorum ferro, fame, peste in urbe absumpti sunt; eaque fuit debilitas hostium, ut raro pro stationibus excubarent. Quo comperto, muros conscendunt, & in urbem victores Nonis Novembris prorumpunt, caesis, qui superstites erant, Saracenis. Ingens in eo emptio auri, argenti, & mercium præda cessit militi. Cum alij permultum copiosius ac ceteris etiam accuratius hanc obsidionem descripsit Olive-

Oliverius, epistola ad Engelbertum Coloniensem Archiepiscopum, cuius autographum, ne quam fidem hic desideret quispiam, est apud Ferdinandum Episcopum nostrum; quæ epistola cum a Gelenio sit edita, nobis hic brevitati studere visum est.

Gelen. in
anl. ad S.
Engelb.

Multos hoc anno Principum conventus habuit Fredericus Rex; primum Magdenburgi per Quadragesimam; deinde Goslarie in visceribus Saxonie. Ibi Henricus Dux Saxonie ex auctoritate, iusque auctoritate Pontificis insignia Imperij Frederico tradere; idni faceret, imperatum erat Halberstadiensi & Hildesimensi Episcopis, Henricum Ducem urbemque Brunswicum pœnis Ecclesie subijcere; vicissim rogârunt, Pontifex Henricum Ducem in gratiam reciperet, Nihil officij intermisit Pontifex, ut Fredericum Regem quod jam dudum voverat, pertraheret ad expeditionem in Palaestinam: ejus etiam rei gratia Romam invitavit ad insignia capessenda; sed hæc omnia illi Rex. Tertius Principum conventus Francofurti est habitus, in quo Henrici filium decennem puerum Regem Germanie ex Principum consensu instituit.

Plura à
Friderico
Rege co-
mitia ce-
lebratur.

Ad hæc Imperij comitia evocatus Gerhardus Bremensis Archiepiscopus. Multa huic præfili bella fuere cum Woldemaro Episcopo Sleswicensi per factiones contra Pontificis auctoritatem; & quia Woldemari partes susceperant Rex Daniæ, Otto Imperator, Henricus Palatinus, alijque adversarij cum magnis illi æmulis luctandum fuit; donec à Bremensibus Ministerialibus ejecto Woldemaro introduceretur in urbem. Tam indignè id tulit Otto Imperator, ut ferro flammâque totam diocesin evastaret. Bellum id fumabat adhuc, alebaturque ab Henrico Palatino Ottonis fratre, alijque Gerhardi hostibus. Quarta Frederico Rege Francofurtum evocata dissidentium partes. Eodem Gerhardus accedit, Francofurti moritur. Vir egregie de Ecclesia sua meritus. Ac tam grata hujus memoria erat, ut in ejus locum Canonici eligerent Gerhardum Paderbornensis Ecclesie Præpositum, Gerhardi hujus Senioris Archiepiscopi ex fratre nepotem; Quippe, qui Bernardo Comite Lippiensi Monacho, Abbate, & Episcopo in Livonia genitus erat, fratremque habebat Ottonem Ultrajectensem Episcopum, & Bernardum Præpositum Embricensem, cum, qui post Paderbornensis Episcopus est delectus; quibus accedit quartus è clero frater Theodoricus Præpositus Daventriensis. Quæ & auctor Chronici Montis Sereni eorum temporum scriptor ad hæc tempora refert; ita enim hic: *Bernardus Comes de Lippia post multa bella, quæ gessit, Deo inspirante, animo habituque mutato, in quadam Ecclesia novella, quæ primitus Hasevwinckele dicebatur, primum Cisterciensis ordinis Monachus factus, ac deinde euidam provincia Livoniensi Episcopus electus, et à filio suo Episcopo de Utrecht consecratus est. Cum quo etiam sequenti anno, Christi videlicet 1220, alium filium suum Bremensem Archiepiscopum consecravit. Atque hic*

Gerardi
Bremen-
sis Archi-
ep. obi-
tus, stirps
& com-
menda-
tio.

longè illustrior
num seminario
illo Conradus
nere Palaestinae
nant illi peregre
um domi affli-
gè lateque effu-
os hausit. Itam
cerdoti Eucha-
it, sacra in ter-
ndum Numen
tioni sacræ pars
ncolis pœniten-
9.
idelicet Millefi-
obsidio, magna
retinenda Pala-
radinum fratrem
bus in acervum
erfis; parvum
thro Christi, quæ
post in eas angu-
Christiani, pacta
cedebat Christi-
em promittebat,
ppi, & Templarij,
ptemb. Christia-
e tamen invictis
Oliverio nostro,
, & Colonienfi-
ora triginta millia
nt; eaque fuit debi-
Quo comperto,
Novembris pro-
gens in eo empo-
um alij permulti-
tionem descripsit
Olive.

Hic ille Gerhardus eo nomine II Bremensium Archiepiscopus, quem Bernardus Pater, & Otto frater Ultrajectensis, Episcopi, raro antiquitatis & posteritatis exemplo, consecrârunt Episcopum. Et Gerhardus exinde Patris, avunculi, fratrisq; Ottonis gloriam æmulatus, præclara ex toga fagoq; gessit pro Ecclesia Bremensi, ob quæ cognomento victoriosus est dictus. Omnes hi Comites Lippienses & sacrorum præfules, origo & decus Paderbornensis diocesis. Unicus ex his filijs familiae stirps relictus Hermannus Comes, Lippiensium exinde Comitum propagator, qui pro fratris in Palaestina absentia Ultrajectensem provinciam sapienter administrabat.

Annus Christi 1220.

Honorij III Pont. 4.

Friderici II Regis 8. Imper. 5.

Bernardi III Ep. Pad. 17.

*Godofrid.
Histor. Ul-
tra.
Hida in
Oton.
Comitia
Franco-
furtensia,
in quibus
primò
decerai-
tur profe-
ctio in
Italiam.
Brouver. in
annal. Trev.*

Alterum dehinc anno proximo Francofurti conventum indixit Fridericus Rex, habuitque accessum Principum frequentissimum. Quemadmodum id constat ex Diplomate Friderici, Ottoni Ecclesiae Ultrajectensis Episcopo xiii Calend. Maji consignato. Testes quippe hujus diplomatis producuntur Sifridus Moguntinus, Engelbertus Colonienfis, Theodoricus Trevirensis, Albertus Magdenburgensis, Archiepiscopi: Hugo Leodiensis, Otto Trajectensis, Engelbertus Bambergensis, Conradus Ratisbonensis, Hartwicus Eystedensis, Theodoricus Monasteriensis, Henricus Wormatiensis, Engelhardus Nurenburgensis, Henricus Basileensis, Episcopi, & alij quam plures; ut verisimiliter inter eos censeam Bernardum Episcopum nostrum; nec enim in hujusmodi tabulis omnium in Comitijis præsentium nomina scribuntur. Comites adscribuntur Otto Teclenburgicus, Hermannus de Lippia, Wernerus de Boland, Imperialis aulae Dapifer. Eo in conventu Principum actum de profectione in Italiam ad Imperij insignia capeffenda à Romano Pontifice, quæ & Principum assensu comprobata sunt. Imperij interim cura penes Henricum filium relicta, cujus impuberem ætatem Wernero Bolandiae Comiti ac Dapifero suo primùm regendam dedit; sed eo post in Palaestinam digressso, Engelberto Colonienfi Archiepiscopo filij & Imperij cura est commissa.

*Gelen. in
Engelb. vita
Deinde
varijs
Germa-
niae Epi-
scopi pri-
vilegijs à
Rege ex-
ornantur.*

In his comitijs, ut se gratum beneficumque ostenderet Fridericus Rex, insigni privilegio Episcopos Germaniae decoravit. Ejus hæc capita sunt: Bona Ecclesiastici Principis à morte relicta cedant Successori, si intestatus excesserit, aut ei quem heredem scripserit; nihil ex his fiscus, nihil Laicus ex illis sibi vendicet. Nova telonia intra ejus jurisdictionem non introducantur: vetera mancant. Fugitivi Episcoporum servi intra civitates aliorum non recipiantur. Advocati nullum

nullum damnum Ecclesij inferant; illatum restituant. Rex jura bonaque Episcoporum tuebitur. Excommunicatos ab Episcopis, postquam rite denunciati fuerint, non recipiet, nec locus eis dabitur consistendi in judicio, priusquam intra sex septimanas se absolvi curent. In fundis Episcoporum non ædificia, non castra, non civitates construantur; constructa diruantur. Nulli ex Cæsareis, ac Magistratibus Ministrisve liceat unquam in civitate Episcopali jus dicere, vectigalia teloniave imperare, nisi ipso solo octiduo post & ante conventum in ejusmodi urbe jussu Cæsaris indictum; quod si alio, quàm curiæ nomine, Cæsar ad Urbes illas veniat, nihil jurisdictionis attingat. Testes hi sunt, Sifridus Moguntinensis Archiepiscopus, Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus, Albertus Magdenburgensis Archiepiscopus, Hugo Leodiensis Episcopus, Otto Trajectensis Episcopus, Engelbertus Bambergensis Episcopus, Conradus Ratisbonensis Episcopus, Hartwicus Eystedensis, Theodoricus Monasteriensis Episcopus, Henricus Wormensis Episcopus, Engelhardus Newenburgensis Episcopus, Henricus Basileensis Episcopus, & alij quam plures. Signum Domini Friderici secundi Romanorum Regis invictissimi, & Regis Siciliae. Ego Conradus Metensis & Spirensis Episcopus Imperialis aulae Cancellarius vice Domini Sifridi Moguntinensis Sedis Archiepiscopi ac totius Germaniæ Archicancellarij recognovi. Acta fuerunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis M c c x x, Indictione nona, regnante Domino Friderico secundo Romanorum Rege & Siciliae gloriosissimo, anno Regni ejus in Germania viii. Sicilia vero xxiv. Datum apud Francfort 6 Calend. Maji.

* Constituta Republica, in Autumno Frideric' Rex, florentissimo præsulum sacrorum ac Principum comitatu, iter Romanum ingressus, postquam transiens Alpibus Veronam attigit, scriptis ad Honorium Pontificem literis adventum suum significat. Inde Romam invitatus solemniter in Basilica Principis Apostolorum festo D. Cæcilie ab Honorio Pontifice augustalibus ornamentis indutus, Imperator coronatur: simul Constantia conjux ipsdem honoribus decorata. Pompea peracta, admonitus Imperator voti exsolvendi, quo bellum sacrum professus fuerat, ab Ostiensi Episcopo crucem accipit, rursusque, ut Aquisgrani fecerat, ad sacram se militiam ovovet. Roma in Apuliam ingressus multa cum finitimis Saracenis, ut Trithemius scribit bellum gessit; nihilque impensius habuit, quàm ut Apuliam & Calabriam sibi ex paterna hæreditate assereret subjectas.

Imperij interim administratio Engelberto Coloniensi Archiepiscopo data. Is enim tanquam alter Anno aliquis, qua erat auctoritate & sapientia apud Principes, Germaniam sub auspicijs Henrici filij decennisq; pueri magna tranquillitate bonoq; gubernabat: interq; præclara ejus opera memorantur exacti prædones, compositæ lites, coronata institutaq; religiosorum Cœnobia, restituta pax & disciplina

Frideric' Imperator Romæ coronatur. Godsfrid. Ursberg. Richard, de S. Germ. Albert. Stad. in Chron. Steo in annal. apud Camf. Chron. Mont. Ser. Trithem. qui male ad annum præcedentem hæc refert. Chron. Colm. Australe. Ev. alpenf. Imperij interim administratio pene Engelbertum Colon. Archiep.

Sub quo
Franci-
scani &
Domini-
ciani in-
troduciti
in Dice-
cesin.
Colon.

Domini-
canorum
Ductores
Henricus
& Jorda-
nus, Sax-
ones &
Westfali
è dicecesi
Pader-
born.

*Leander. in
vita Jord.
apud Str.
tom. 7.
13. Feb.
Theodor. in
vita S. Do-
minici.
Cantiprad.
lib. 2. c. 57.*

*Bolland. in
notis ad
vitam Jor-
dani.*

cleri. Felix etiam Colonia & dicecesis Colonienfis duorum religiofo-
rum Florentiffimorumq; ordinum, Dominicanorum & Francifca-
norum accessu, qui exinde late per Westfaliam & Saxoniam propaga-
ti. Ac Dominicani primi Ductoresque aliorum fuerunt Henricus
Theutonicus, & Jordanus Saxo, viri doctrina, religione, atque vite
sanctimonia ea tempestate celebres; qui quo Parisijs in literarū studia
conveniant, eo simul Spiritu divino afflati, in Dominicanorum fa-
miliam à Reginaldo, quem S.P. Dominicus Parisios miserat, coopari
erant. Utrumq; miris laudibus exornat Cantipratanus, æqualis tem-
porum scriptor, & Henrico Theutonico familiaris; ab eoq; uterq;
Saxo appellatur, ut & alij, qui originem utriusque viri accuratius in-
vestigant, gente Westfalos, & in dicecesi Paderbornensi natos tradunt,
Sancti Henricus Theutonicus patrum habuit militem, ut Cantiprata-
nus refert, in partibus Theutonicis atq; Oppido Montis Martis, à quo
Parisios juvenis sit missis ad sublimiora studia capeffenda. Is autem
locus, qui nunc Stadberga vulgo dicitur, à Carolo M. ævo intra jurif-
dictionem Episcopi Paderbornensis censetur; quemadmodum &
mons ille Corbejenfis nostris attributus est à Carolo M. De Jorda-
no, qui post D. Dominicum supremus ordinis magister Rectorque
delectus est, certior etiam fides. Nam Jordanum, quem Leander,
Albertus Bonniensis, & Theodoricus Saxonem vocant, hunc Canti-
pratanus scribit natale Oppidum habuisse Botergam. Quæ autem
illa Boterga sit inter Saxones Westfalosve, multum requirunt Scrip-
tores. Facti Osnabrugenses à Francisco Wilhelmo eorum Episcopo
editi, Badbergam ejus dicecesis pagum in Satrapia Furstenavenfi ad
Hafam fluvium interpretantur, suæque dicecesis indigenam statuunt
Jordanum. At dum annales Dominicanorum Jordano natalem
locum in Moguntina dicecesi fuisse scribunt, nec Badberga Osnabru-
gensis Oppidum hujus dicecesis sit, alibi natalis locus quærendus est,
Quapropter Gelenius, Malinckrotius, atq; ex eorum sententia Bol-
landus & Henschenius Bortgentricâ, Oppido dicecesis Paderbornen-
sis, oriundum volunt. Alij Padbergam natum censent quæ arx per id
tempus celebris erat in edito monte cum subjecto Oppido, ac sedes
Dynastarum Padbergensium, haud præcul à monte Martis; ut veri-
simile habeas Henricum Theutonicum & Jordanum ex vicinis Op-
pidis populares fuisse, qui simul post humaniora studia domi exulta
Parisios profecti sunt. Sive jam Bortgentricam, sive Padbergam pro-
pe montem Martis natale Jordano solum statuas, utrumque locum
Paderbornensis dicecesis sibi vendicat, quæ una est Moguntinæ me-
tropolis: & Padbergam, quidem donatione S. Henrici cessisse Mein-
wercio Episcopo, supra docuimus; tametsi castrum Padbergense anno
1217 ab Engelberto Colonienfi Archiepiscopo Godeschalco Patber-
genfi feudi titulo donatum reperiam. Adeo per id tempus Padberga
etiamnum

etiamnum colebatur. Nec defunt, qui Jordanum ex Padbergenfium Dynastarum familia ortum volunt. Tam illustribus denuo viris nobilitata Paderborna, quorum res pro Ecclesia gestas hic supervacaneum commemorare, quæ in annalibus copiose narrantur.

Jordani vita à Leandro conscrip.

Ex Franciscanorum quoque ordine hoc anno advenisse Coloniam primum Sacerdotes, docet vetus templi apud Fratres Minores Coloniae inscriptio. Id quanto Engelberti Archiepiscopi studio factum est, tanta caritate amplexi sunt illos cives, à quibus mox primus Patribus locus construendi Cœnobij ac templi in meditullio urbis attributus est. Ex his duobus Colonensibus Seminarijs Dominicanorum & Franciscanorum latè per Westfaliam & Saxoniam familia propagari cœpta, ac brevi Franciscani provinciam XLVI Cœnobijs florentem habuere.

Sed non eò veteris instituti Monasteria Virginum neglecta, quæ uti Bernardus Episcopus noster hæcenus multis donationibus auxit, & religiosa disciplina excoluit; ita Honorius Pontifex ad Episcopi commendationem Wilbaccensium Virginum Cœnobio omnia privilegia ac bonorum possessiones Apostolica auctoritate corroboravit.

Honorius Episcopus Servus servorum Dei, dilectis in Christi filiabus Monialibus Ecclesie de Wilbodesse Paderburnen diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecta in Christo filia vestris justis precibus inclinati personas vestras cum omnibus bonis, quæ in presentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis præstante Dno poteritis adipisci, sub beati Petri et nostræ protectione suscipimus. Specialiter autem possessiones de Waturvelde, et de Clenenberga, ac alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos ipsi Ecclesie vestra auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et confirmationis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Viterbii, IIII Non Martii, Pontificatus nostri anno quarto.

Literæ Honorij Pont. quibus privilegia Cœnobij Wilbaccensis confirmat.

Et vero quia per id tempus magnæ auctoritatis erat apud Cæsarem & Principes Imperij Engelbertus Colonensis Archiepiscopus, multisq; turbis Saxonia concuti cœperat, Abbas Helmwardehufanus mediam Oppidi sui Helmwardehufani partem Engelberto Archiepiscopo defensionis causa cessit; neq; ingratum id erat Archiepiscopis illis, quo limites ducatus Westfalie, potentiamque ad ipsas simul Visurgis ripas proferrent. Quamquam & Monasterium illud & Oppidum dono D. Henrici Imperatoris Meinwerco & Paderbornensi Ecclesie datum fuerit, exindeque etiam cum Abbates & Op-

pidum se jurisdictioni Paderbornensis Episcopi subtraherent, multis Episcoporum nostrorum bellis, ut ex monumentis nostris comper- tum habemus, oppugnati expugnati que sint. Sed nunc ipsas tabulas haecenus nondum editas, quibus inter Abbatem & Archiepiscopum conventum est, proferamus.

Abbas
Helm-
wardes-
husanus
dimidie-
tatem op-
pidi tradit
Archiep.
Colon.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Engelbertus divina favente clementia sanctae Coloniensis Ecclesiae Archiepiscopus universis Christi fide- libus hanc paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam ea, quae aguntur in tempore, ne ex temporis diuturnitate ab humana labantur memoria, plerum- que solent indicio scripturae aeternari; Eapropter testimonio praesentium no- tum facimus universis, quod Abbas in Helmwardeshusen, consilio et volunta- te sui conventus, pro spe pacis ipsorum et defensionis, Nobis et Ecclesiae Colo- niensi donavit et recognovit medietatem Oppidi memorati, pro ut in praesenti- arum inhabitatur, et in futurum ampliabitur cum moneta, theloneo, jurisdic- tione, censibus, et omnibus proventibus perpetuo possidendam, sub ea forma, quod jurisdictionis praedicti Oppidi per manum suam, consilio tamen et ordi- natione Marschalei nostri, seu alterius nuntii nostri, in homines, qui sunt de familia Monasterii locabuntur. Quia vero Monasterium praedictum advo- catum ante non habuit, jus sibi Advocatiae reservavit. Emolumenti autem totius exinde derivantis dimidium, sicut praescriptum est, ad nos spectabit, praeter quam gladii exempti. Iudex autem jurabit, quod questum omnem se- pefati Oppidi fideliter tam nobis quam Abbati partietur. Adjectum quoque est quod jus patronatus adhuc ibidem construenda ad Praepositum pertinent, et ipsius Ecclesiae redditus utilitati fratrum provenient ad stipendiorum suorum supplementum. Ab hac autem donatione excipiuntur Allodium Monaste- rii memorati, duo molendina eidem ab antiquo pertinentia, dua area pisci- torum, et una area fabri, Abbati specialiter deservienti. Quae omnia sicut et nunc integraliter ad Monasterium spectabunt praenotatum. Si processu vero temporis aliquis successorum nostrorum de bonis prealibati Monasterii plus sibi quam ordinatum et conscriptum est, usurpare attemptaverit, omnia quae Ecclesiae Coloniensi donata sunt, ad ipsum Monasterium redibunt. Ut au- tem haec omnia rata et inconvulsa, futuris observentur temporibus, sigilli nostri ac majoris Ecclesiae Coloniensis Caractere praesentem paginam fecimus insigniri. Hujus rei testes sunt Conradus majoris Ecclesiae Coloniensis Prae- positus et Archidiaconus, Godwinus major Decanus et Archidiaconus, Her- mannus S. Gereonis Decanus, Gerhardus Decanus S. Severini, Vortizus Decanus S. Georgii, Henricus Praepositus Carpensis, Pylegrinus et Godofri- dus Notarii, Joannes Praepositus Helderwardensis, Gerungus Decanus, Ber- toldus Custos, Conradus Camerarius, Joannes Plebanus et Praepositus, Adol- fus Comes de Marchia, Hermannus de Lippia, Hermannus Advocatus Co- loniensis, Hermannus Marschaleus, Bruno Pincerna, Riquinus Marschaleus Westphaliae, Hermannus Scultetus Susatiensis, et alii quam plures. Acta haec sunt Anno Domiticae Incarnationis Mducentesimo vigesimo, decimo septimo Calend. Augusti, Indictione octava.

Annus

Annus Christi 1221.

Honorij III Pont. 5.
 Friderici II Reg. 9. Imp. 2.
 Bernardi III Ep. Pad. 19.

Inter hæc Pontifex hoc anno nihil sollicitius egit scriptis ad Reges & Germaniæ Principes literis, quam ut aliæ atq; aliæ supplicatæ in Palestina mitterentur. Hanc in rem in Germaniam miserat Conradum Moguntinum Scholasticum ac poenitentiarium suum, qui populos ad sacrum bellum inflammaret. Fecit id ille constanter. Accidit interea Hildesienfis Episcopus esset delectus, eamque electionem ratam habuisset Pontifex; non destitit tamen Pontifex cepti muneris admonere rogareque, ut per ceteros Concionatores eadem opera sumeretur. Ob id scriptæ etiam ad Saxoniam Ducem literæ, quibus idem efflagitat Pontifex. Et capta quidem magno triumpho Damiatam tenebatur à Christianis; sed ea pericula imminabant à Saracenis, & recessu Christianorum ex militia & castris, ut nisi alia subsidia advenirent, omnis hæcenus parta victoria cum probro Christiani nominis refluxura nunciaretur ex Syria. Quare ad Pontificis sollicitationes tantus ex Germania, Italia, Francia, Anglia, ceterisque regnis fluxit cruce signatorum exercitus, ut septuaginta armatorum millia (Godefridus ad ducenta millia auget) numerarentur, qui Damiatam egressi secundum Nilum, pars terra, pars flumine, Cairum versus ingentibus animis iter instituere; tanquam Cairo expugnato totam Aegyptum inter se divisuri. Jam ad quatuordecim milliaria processerant, cum Saraceni, ubi Nilus se in duo scindit divortia, se objecere cum innumeris copijs, Castello etiam munitissimo excitato, in ultiori ripa, ex quo transitus Christianis præclusus, ne qua annona subvehi posset. Ibi cum inter fluctuantia consilia hærent Christiani, decem millia ab exercitu recessere; sed eo animosiores, qui in terrestri exercitu erant, Saracenos cum magna clade repellunt; quibus exacerbati barbari verso in Christianos furore septingentas & quinquaginta Christianorum naves injecto igne græco exurunt: interclusisque terra & flumine vijs, exercitum Christianorum retro paludes compellunt. Tum verò solutis Nili cataractis, infusisque, quas intercolles collegerant aquis; tanquam rete inclusum piscem tenere. His angustijs circumventi, ut vitam redimerent, coacti sunt sese Soldano in natali Virginis dedere; interque cetera pacta Damiatam restituere convenit. Triginta millia captivorum erant; quos tamen benignè & sine maleficio abire permisit. Mira rerum catastrophe ex abditis Dei judicijs ingemiscente orbe Christiano, ex tanto belli apparatu tantisque laboribus non nisi miserandam cladem nunciari, omniaque refluxere ad Saracenos, dum summa felicitas non capitur.

Odoricus in
 hist. Eccles.
 Honor. Epist
 351.

Godefrid.
 Ursberg.
 Paris. ex li-
 teris Alberici.
 Petrus de Monte
 acuto.

Pontifex
 bellum
 sacrum
 promo-
 vet.

Infelix
 Christi-
 anorum
 cum Sa-
 racenis
 congreg-
 sus.

Hoc

Hoc malorum conspectu Oliverus noster, quem ad id tempus adhuc in Palaestina substituisse dixerim, magno opere afflictus cum suis Colonienfibus in Germaniam redijt; salutatoque ex itinere Romæ Honorio Pontifice, omnem rei eventum exposuit: quem ille virum ob fervorem religionis, sapientiam, fidos sacri belli labores tanti fecit, ut biennio ab hinc Paderbornensi Episcopatu decorarit.

Hærebat per hæc in Italia Fridericus Imperator, jus per Thusciam & Lombardiam dicendo: cum Engelbertus Colonienfis Archiepiscopus jam plena potestate donatus Imperij res vicario munere præclare administrabat, filiumque Imperatoris Henricum domi apud se egregijs Principum moribus & institutis formabat. Monitus is erat hoc anno ternis à Pontifice Honorio literis, Advocatorum insolentiam & injurias censuris ac pœnis Ecclesiasticis coerceret. Nam id genus hominum magno passim per id tempus Ecclesiarum & Cœnobiorum malo per Germaniam invalescebat; quòd sub velamine malitiæ, ut Pontifex scribit, libertatem in bonis Ecclesiasticis ex jure Advocationis obtenderent: nec solum prodigaliter debaccharentur, sed & prædonum in modum bona Ecclesiæ diriperent. E quorum numero tum compertus, accusatusque apud Pontificem Fridericum Henburgicus Comes ad Ruram, qui Essendiensis Collegij Virgines, quas Pater vexaverat, ipse spolijs ad inopiam prope exhauriebat; nihil verò intermittebat Engelbertus, quo consanguineum Comitem ad saniorum mentem reduceret. Quibus Comes magis efferatus cepit spoliare Virgines, & Archiepiscopi monita contemnere, donec res in tragicum Engelberti exitum post quadriennium erumperet.

Binus p. 2. tom. 3. concil. Gelen, in vita Engelb. p. 85. 86. 87. Engelbertus à Pontifice admonetur, ut Advocatorum insolentias coerceret.

Idem Marienfeldenses tuerentur adversus injurias Comitum Sualenbergensis. Littera Campi Maria.

Haud dissimili insolentia divexabat Marienfeldente Cœnobium Volquinus Swalenbergensis Comes, nobile prædium Stapellagium cum æde sacra per vim rapiendo; quod cum Winricus Abbas doceret à Widekindo Rhedensi Dynasta & Waldecensibus Comitibus olim rite Cœnobio donatum, Engelbertus cum per Westfaliam jus diceret, in publico multorum præfulum ac procerorum conventu, cui Bernardum Paderbornensem Episcopum nostrum adesse voluit, Volquinum Comitem ad restitutionem compulit: ac ne deinceps turbaret religiosos viros, tabulas comminatione anathematis intentatâ confecit. *Testes hujus rei sunt Dominus Bernardus Paderbornensis Episcopus, Conradus majoris Ecclesiæ in Colonia Præpositus, Henricus Abbas Helmswordishusanus, Albertus Abbas Paderbornensis, Godefridus Comes Arnsbergensis, Adolphus Comes de Dassele, Adolphus Comes de Marka, Otto Comes de Eversteine, Hermannus Comes de Lippia, et Bernardus filius ejus, Bernardus de Osedhem, Bertholdus de Buren, Godeschalvus de Patberg, Wernerus de Brakele, Hermannus de Rudenberg et Conradus filius ejus, Roigerus de Burbunne, Schultetus Susatiensis, Henricus Marechallus, Everhardus de Everthe, Widekindus de Nurenberg, Hollebertus de Manen, Bertholdus*

ad id tempus
ictus cum suis
itinere Romæ
uem ille virum
bores tanti fe-
rarit.

us per Thufci-
onienfis Archi-
vicario munere
cum domi apud
it. Monitus is
ocorum info-
erceret. Nam id
esiarum & Cœ-
d sub velamine
esifficis ex iure
ebaccharentur,
nt. E quorum
m Frideric⁹ Hen-
Virgines, quas
riebat; nihil ve-
Comitem adfa-
fferatus cepit
nere, donec res
rumperet.

ente Cœnobium
m Stapellagium
cus Abbas doce-
Comitibus olim
liam jus diceret,
ventu, cui Bernar-
voluit, Volcqui-
leinceps turbaret
is intentatâ con-
ornensis Episcopus,
ricus Abbas Helm-
fridus Comes Arns-
de Marka, Otto
ernardus filius eius,
us de Patberg, Wer-
filius eius, Roige-
schallus, Everbar-
e Manen, Berthol-
das

us de Hildeshem, et alii quam plures. Acta sunt hæc anno Dominicæ In-
carnationis MCCXXI. Indiēt. IX, Pontificatus nostri anno III.

Rursum Bernardus Episcopus noster hoc anno, quem xvii Pon-
tificatus sui inscribit, Wilbacensi Virginum Cœnobio decimas no-
valium Amelungi Comitis elargitur. Præsul, qui continuis donati-
onibus, & pietatis officijs (qua super re tabulæ apud nos extant testi-
bus consignatæ) se ad felicem vitæ exitum ex senio parasse visus est.

Annus Christi 1222.

Honorij III Pont. 6.

Friderici II Reg. 10. Imper. 3.

Bernardi III Ep. Pad. 19.

Pacatissima per id tempus Germania quam Frideric⁹ Imperator
Henrico filio & D. Engelberto adolescentis moderatori, viro sapien-
tissimo, regendam dederat. Atque is postquam ex Italia ab Imperato-
re literas accepit de inaugurando filio, legatique ejus rei gratia ab Im-
peratore accessere in Germaniam, Engelbertus Aquisgrani con-
ventum Principum indixit, in quo magna celebritate Henricum

eo nomine VII, Germanorum Regem, ex Maria Aragonia suscep-
tum, VIII Idus Maji, Dominica quæ ascensionem Christi antecedit
coronavit. Id cum ab Engelberto Colonienfi Archiepiscopo factum
scribat Godefridus, Cæsarius, alijque, falli dixeris scriptorem, qui ab
Ottone Herbipolensi Episcopo inunctum tradit. Interfuere coro-
nationi Episcopi ac Principes viri permulti, quorum magna pars ex
diplomate, quod Miræus recitat, Aquisgrani consignato constare po-
test: Sifridus nimirum Moguntinus, & Theodoricus Trevirensis
Archiepiscopi, Conradus Metensis & Spirensis Imperialis aulae Can-
cellarius, Hugo Leodiensis, Herbipolensis, & Augustanus Episcopi.

Godefridus Comes de Dyft, Comes Palatinus Rheni, Comes Ludo-
wicus de Wertenberg, Adolphus Comes de Marke, Fridericus Comes
de Altena, Theodoricus de Hinsberg, Lotharius Comes de Hochste-
den, Comes de Cassele, Henricus Dapifer de Wadburg, Pincerna Wer-
nerus Bolandt, Gerhardus de Seneka alijque. Quibus tamen non ex-
cluduntur reliqui Episcopi, quos inter Bernardum Episcopum no-
strum ex ea celebritate numeraveris.

Annus hic licet Imperio quietissimus, horribili tamen terræ mo-
tu 3. Idus Januarij concussa Germania, quo multa ædificia in ruinam
data. In Saxonia ingens nubes tempestate cœli rupta Oppidum Jssere
cum Monasterio D. Benedicti Winendeburg intra duos montes si-
tum obruit, hominibus pecoribusque extinētis. Alibi in Saxonia 20
homines in teatro fulmine simul percussi interiēre. Multis ejusmodi
prodigijs annus fatalis fuit. Fine anni, pridie videlicet Nonas No-
vembtis, celeberrima in Westfalia Monasterii Cisterciensium quod
Mariæ

Henricus VII Ger-
mano-
rum Rex
ab Engel-
berto co-
ronatur.
Godefrid.
Cæsarius l. 1.
c. 3. in vita
Engel.
Miræus
in not.
Belg. c. 196.

Cæsarius
l. 10. c. 50.
c. 51. & 41.

*Chron.
Marienf.
Justin. in
Lippif.
Heister. in
Suffrag.
Conse-
cratio
templi
Marien-
feldensis*

Mariæ campus dicitur Basilica dedicata est. Magna celebritate hæc consecratio peracta est; ad quam Episcopi convenere Theodoricus Monasteriensis, Adolphus Osnabrugensis, Contadus Mindensis, & Bernardus de Lippia Seloniensis, seu ut alij vocant, Lealensis in Livonia Episcopus; aramque principem consecravit Theodoricus Monasteriensis, Adolphus Osnabrugensis, Conradus Mindensis, & Bernardus de Lippia Seloniensis, seu ut alij vocant, Lealensis in Livonia Episcopus; aramque principem consecravit Theodoricus Mindensis Episcopus; ea quæ ad sinistram chori partem sunt altaria consecravit Mindensis, quæ ad dextram Osnabrugensis, cetera Bernardus Lealensis Episcopus. Magnifica in hunc diem Basilica, & solidi operis structura, in qua tot annis laboratum. Sed non minus inter Episcopos spectabilis Bernardus Lippiensis, ante complures annos ex Gomite ac belli Duce in eodem Cœnobio Monachus, vir senio venerabilis & Spiritu Apostolico plenus, à quo per id tempus Lipstadij in Oppido, quæ prima & hæreditaria Lippiensium Comitum Sedes fuit, tum Schawenburgij, alijsque in locis complures ædes sacræ altariaque consecrata sunt.

*Turbatus
Livoniæ
status, cui
causam
dedere
Templarij.*

*Albert.
Stadens.
Honor. epist.
218. & 221.
lib. 6.*

At quæ causa virum hunc ex Livonia in Westfaliam evocavit, commonstrat afflictus Livoniæ status; quod per id tempus Livones Estienses à Catholica religione ad Idolorum cultum relapsi, fedus cum barbaris & Ruthenis inierint. Quæ gentis rebellionem ante biennium Theodoricus Estiensis Episcopus, quem à Bernardo Episcopo nostro Pontifici commendatum & in Saxonia consecratum Episcopum diximus, interemptus martyrij lauream cum Bertholdo antecessore suo Episcopo conjunxit; quemadmodum hæc Albertus Stadensis scribit. Magnam hujus rebellionis causam dedere Templarij, recens ad Christi fidem deductos Livones iniquis modis vexando, & candentis etiam ferri judicio insolentius tractando; quo factum est, ut Ruthenis accedere maluerint Livones, & ab ijs Græcorum ritus suscipere. Ob quæ crimina Templarij ad Honorio Pontifice serio admoniti, & graviter perstricti sunt. Et Honorius Pontifex licet hoc anno totus esset in excitandis Christianis Principibus ad prioris cladis ignominiam quam à Saracenis acceperant vindicandam; non tamen omisit epistola ad omnes Saxoniam Principes data inflammare simul Saxonum animos ad coeptum Livoniæ bellum adversus barbaros, rebellesque ejus provinciæ populos. Ac Livoniam quidem & Lealensem provinciam hoc anno Daniæ Rex cum Alberto Comite ingressus, fugatisque christiani nominis hostibus urbem in ea condidit; quæ tamen haud multò post à paganis everfa est. Hæc igitur Livoniæ & Ecclesiæ suæ necessitas excitavit Bernardum Episcopum in Westfaliam ad nobilem ceterorumque quos in Livoniam secum traduceret, animos secundum Pontificis voluntatem, excitandos. Ac divino munere ad id opus obtigisse videri poterat Bernardus Episcopus, qui

ex familiae inter Westfalos claritudine & consanguinitate novum rursum agmen tam militum quam Sacerdotum secum duxit in Livoniam; totaque haec expeditio Saxonici exercitus tam felix fuit, teste Stadenfi, ut & vindicta sumpta à rebellibus, & Christi religio inter barbaros sit firmata. Cœpit post illa seminarium illud nobilitatis Westfaliae in Livonia quotannis concursu inclarescere, familijs in hunc diem claris. Perstitit ab hoc successu Bernardus in Livonia, & Solonensi suo Episcopatu, magnus ad extremum vitæ Christianæ religionis inter barbaros propugnator. Illustrior ex sacra toga Christi miles, quam ante ex sago militari conspectus. Quanquam ad quem exinde annum vitæ illius extracta sit, nondum ex certis monumentis compertum habeam. Nam qui ex scripto quodam Hermannii filij, quod anno 1244 obsignasse traditur, superstites annos vitæ aestimant, longius mihi procedere videntur, quam ætas ferre possit. Mortuus est in Osilia Insula; Accùm Dunemundæ Abbas in continentem corpus transferret, coorta tempestas Abbatem & vectores in mare excussit demersitque: altera die Abbatis & Episcopi corpora ad littus delata uno simul tumulo integuntur; tanquam morte conjungi voluerit Deus, quos vita semper conjunctissimos habuerat.

Vidit & hoc anno Westfalia Jordanum suum in locum D. Dominici, quem superior annus s. Idus Augusti cœlo intulerat, supremum ordinis magistrum subrogari. Vix ille triennium ordinem religiosæ vitæ expleverat, cum Parisijs in comitijs Patrum supremæ illi præfecturæ communi suffragio admovetur. Tantæ in viro naturæ dotes & doctrinæ, tam matura prudentia vitæque sanctimonia conspecta. Surgentem florentissimum ordinem in XV annum præclaram laude rexit, quem latissime per Saxoniam nostram & universam prope Europam incredibili Ecclesiæ fructu propagavit. Memorant supra mille religiosos suo consilio vitæque exemplo traxisse ad ordinem suum; quos inter Albertus M. & Joannes gente etiam Westfalus ac quartus ordinis supremus Rector. Supervacaneum referre cetera, cum ea Leander Bononiensis in vita Jordani luculenter conscripserit. Sub id tempus, cum Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus Attendoriam in Ducatu suo Westfaliæ præmuniret; & jure civitatis donaret, aliam quandam munitionem Oppidumque haud procul à Cænobio Helmwardeshusano ad fines Hassiæ construxit, exornandi firmandique Ducatus sui causa; id quia juri Abbatis Helmwardeshusani derogabat, in controversiam venit; quæ tamen haud multo post inter duos hosce præfules amice composita est, & ab Hononio Pontifice interpellato hisce literis composita.

Honorius Episcopus Servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati et conventui Monasterij de Helwardeshusen salutem, et Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod justum et honestum est, tunc vigor equitatis

Kkkkkk

Jordanus
secundus
ordinis
prædicatorum
Genera-
lis.

Contro-
versia
inter
Archiep:
Colon. &
Abbatem
Helm-
wardes-
hus.
opera
Honorij
P. P. com-
ponitur.

ratis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter Dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem, qua inter vos ex parte una et venerabilem fratrem nostrum Colonensem Archiepiscopum ex altera super munitione quadam et Oppido juxta Monasterium vestrum constructis, et rebus alijs amicabiliter intercessit, sicut sine pravitate providè facta est, et ab utraq; parte sponte recepta, et hæcenus observata, et in ejusdem Archiepiscopi literis exinde confectis plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communitimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum, Datum Lateran. VII Calend. Februarij Pontificatus nostri anno septimo.

Bernardus
Ep. Ger-
denſi
Cœno-
bio do-
nat præ-
dium
Burch
dictum.

Haud minus laudibili opere Bernardus Episcopus noster liberalitatem suam expendit in dotandis Cœnobijs suæ diœcesis, demerendisque sibi religiosorum precibus apud Deum: ejus rei gratia hoc anno prædium Burch à Meinwerco Ministeriali suo, quod feudi dono tenebat, certa pecuniæ summa à se redemptum Virginibus Gerdenſis Cœnobiij pia liberalitate contulit, certa spe, ut in tabulis addit, confusus. Ecclesiam Paderbornensem nullo Laicorum ministerio tantum vari posse, quantum indefessis Virginum Christi orationibus defendi; tanquam incolumitates suæ diœcesis inter civilia bella magis adscriberet religiosorum suorum precibus, quam castrorum munimentis. Acta sunt hæc anno gratiæ MC CXXII. Testes Joannes Scholasticus Ecclesiæ majoris, Conradus Custos, Wernherus de Arnheim Mindensis Canoncus, Cappellarij nostri Magister Bernhardus et Godeschalcus, Laici Bernardus de Ofede, et Ministeriales nostri alijque, quam plures.

Annus Christi 1223.

Odor. in
hist. Eccl.
Honor. l. 7.
epist. 141.
& 176.
ad Philip.
Frant. Re-
gem.
Pontifex
pro expe-
ditione in
Palæsti-
nam de-
nuo fas-
cipienda
concili-
um mili-
tare cele-
brat.

Honorij III Pont. 7.
Friderici II Reg. II Imp. 4.
Bernardi II Ep. Pad. 20 & ultim.

Inde postremum vitæ annum ingressus Bernardus Episcopus noster, Christi videlicet vigesimum tertium supra millesimum ducentiesimum, quo Honorius Pontifex militare concilium in Campania habuit: ad quod accessere Fridericus Imperator, Joannes Hierosolymitanus Rex, ac tres supremi militarium ordinum magistri, Hospitalarium, Templariorum, & Teutonicorum, alijque rei militaris experientissimi duces ac proceres. Actum eo in concilio de subsidij belli facti adversus Saracenos ex priori victoria Palæstinæ incumbentes. Magnum hujus rei momentum attulit Fridericus Imperator, expeditionem in Syriam professus; quam in rem ipsi filia Hierosolymitani Regis desponsata (nam priorem conjugem superiori anno amiserat) quæ tum Regina appellata, eoque consilio Imperatori data, ve-

dotatus

dotatus regni sacri titulo bellum sacrum majori animo cepisset. Hinc Siciliae Rex, qui tum Fridericus erat, Hierosolymitani regni titulum habuit. Pontifex cum ad omnes Europae Reges, tum scriptis etiam ad Thuringiae Landgravium ac Saxones literis, ad sacrum illos bellum invitavit. Ad has Pontificis literas Concionatores, ut Godefridus scribit, populum incenderunt, personavitque tuba belli sacri per totam Germaniam & Saxoniam. Ac ne ex Dania belli hujus subsidia impetirentur, scripsit Pontifex ad Engelbertum Coloniensem Archiepiscopum, ageret de Waldemaro Rege Daniae liberando, quem una cum filio Henricus Comes Suerinensis per astum militarem noctu intercepit, captivumque arce Danneburgensi ad Albim incluserat. Idem negotium liberandi Regis Lubecensi, Verdensi, ceterisque Saxoniae Episcopis à Pontifice commendatum. Quam in rem Engelbertus Colonienfis Archiepiscopus, Imperij Vicarius, Northusij conventum Principum indixit; quo tamen Regis liberatio nondum impetrata à Suerinensi Comite, uti Godefridus est auctor, Invisus enim erat Rex Waldemarus, qui non modò Archiepiscopi Bremensis, sed & alijs Comitibus urbes castraque intra Imperij fines eriperet; Regum nimirum actus ambitione & cupiditate, flammæ instar vicina corripiente.

Aucta est Ecclesia Paderbornensis hoc anno civitate Brakelensi, & castro Hindenburgensi, quod in edito ad sitoque urbis monte conspicitur, & nunc Hinneburg appellatur, sedes nobilium Assenburgerorum. Hæc enim duo loca donatione Abbatissæ Heresensium Virginum Canonicarum ultro Bernardo Episcopo oblata, & tradita sunt: sive id liberali dono gratoque Virginum animo sit factum, sive insolentia civium & fiduciariorum nobilium, inermes Virgines divexantium, quod verisimilius reputes. Hinc illæ ad tutelam ceterorum bonorum Paderbornensi Episcopo ejusque Successoribus donate, quàm in profanorum manibus relinquere maluerint, quæ ipsæ Caesarum ac Regum liberalitate largius acceperant, quàm posteriorum temporum iniquitas perferre sineret. Digna certè Bernardi Episcopi compensatio; qui cum ipse suas opes in Cœnobîa religiosorum erogarat, hoc postremo vitæ suæ anno tam nobili dono remuneraretur; quo constaret sæpe Episcopis in disciplinam Cleri intentis, pièque ac modestè viventibus ampliora bona obvenire à Deo, quàm armis aut politicis artibus quærantur. Poscit nunc res nostra ipsas donationis tabulas proferre.

Sophia Dei gratia Abbatissa secularis Ecclesie Heresensis salutem omnibus in perpetuum. Temporales actus mortalium delet oblivio, nisi fidei scripturarum testimonio posteris innotescat. Quapropter notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos cum conventu nostro plures tractatus publicos et solemnes habuimus, et observatis omnibus, quæ de juris

Honor. epist. 178. l. 7.

Honor. lib. 8. epist. 82. Godefrid. in annal. Albertus Stadenf. in Chron. Histor. Bremens. Archiep. Crantz. l. 7. Saxo. c. 38.

Civitas Brakelensis cum castro Hindenburg dono Canonicarum virginum Heresensium accedit Ecclesie Paderborn.

vigore servari debuerunt, tandem de pleno consensu, et cum bona voluntate ipsius conventus nostri, et omnium illorum, quorum in hoc fuerat consensus merito requirendus, donavimus et donamus venerabili Domino nostro Bernharo Episcopo, capitulo Ecclesie Paderhornensis, donatione vera, plena, et perfecta, atq; ex nunc in perpetuum valitura, proprietatem, ac verum et directum dominium castri Hyndeneborch, et civitatis Brakele, prout marorum, et fossarum ambitu includuntur, et proprietatem septem mansorum ante ipsum castrum sitorum, quos mansos Wernberus et Johanes fratres de Hyndeneborch una cum castro Paderbornensi Ecclesie vendere decreverunt; prout illi mansi in toto seu in parte à nobis et Ecclesia nostra descendebant. Tradimus etiam et assignamus eidem Domino Episcopo et Ecclesie sue tantam et corporalem possessionem proprietatis predictae, et statuimus, ut hi, qui predictum castrum Hyndeneborch, et Civitatem Brakele, ac dictas septem mansos à nobis hætenus in pbeno tenuerunt, et de jure tenere et recipere debuerunt, infundationem hujusmodi à Domino Episcopo, et Ecclesia Paderbornensi petere, requirere, et recipere, ac tenere amodo teneantur, hac donatione in suo robore stabiliter in perpetuum duratura, omne jus antiquum in civitate Brakele, et quidquid utilitatis, honoris, et commodi nos et Ecclesia Herisensis et Ecclesia persone atque homines nobis et Ecclesia Herisensi pertinentes olim habuimus, excepta sola proprietate feudi dictae civitatis Brakele nobis reservamus, et specialiter nobis in perpetuum retinemus; et ut in donatione predicta Ecclesia Paderbornensi plenius caveamus, ubicunque opportunum fuerit, faciemus Ecclesia eidem de proprietate predicta per nos liberaliter donata plenam recognitionem, et veram Wandianam tam verbis quam scriptis Domini Episcopi Paderbornensis, qui praetempore fuerit, et sui capituli, et Ecclesie in hoc articulo suffragio accedente. Ut autem hec, quae per nos liberaliter pro utilitate Paderbornensis Ecclesie acta sunt in perpetuum observentur, et in oblivionem non deducantur, presentem literam de super confectam sigillorum nostrorum scilicet Abbatissae et conventus Herisensis appensione duximus roborandam. Nos vero Praeposita, Decana, et conventus Ecclesie Herisensis supradicta omnia recognoscimus esse vera, et pro testimonio nostra ratificationis, approbationis, voluntatis et consensus sigillum nostrum apposimus huic scripto. Testes hujus rei sunt Ludolfus Decanus Ecclesie beatorum Petri et Andreae Paderborn. Liborius Canonici Ecclesie Bileveldensis, et Notarius Reverendissimi Domini Episcopi Paderbornensis, Bertholdus et Henricus presbyteri Eludmedarii Ecclesie Herisensis, Henricus Capellanus Domine Abbatisse Ecclesie predictae, Rabeno de Driborch, Hermannus de Herse milites, Henricus Bulemast, Everhardus de Zeldinckdorp Officialis Domini Episcopi predicti, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum die Dominica, quae cantatur misericordia Domini, Anno Domini Millesimo ducentesimo vicesimo tertio.

Damm

Demum quod ex memoria hujus Episcopi superest ex transacti-
one quadam cum Collegio Bustorfiano, Henricum ejus Collegij
Præpositum, Successoresque ejus Esbicensis Parochiæ vicorumque
duorum adjacentium Archidiaconos fecit. Atque hic ille Præpositus,
qui mox post mortem Bernardi Episcopi cum Oliverio in electionem
contentionemque de Episcopatu venit. Quæ cum Acta referantur
hoc anno M c c x x i i i i, tum multis testibus illa dignitatis collatio
consignata est; quos inter reperias Bernardum Præpositum Embri-
censem, Comitem videlicet de Lippia, Canonicum hujus Ecclesiæ,
quem post Oliverum & Willibrandum Paderbornensis Ecclesiæ for-
tita est Episcopum.

Nec multum hinc superstes Bernardus Episcopus, v. Calend.
Aprilis mortalium numerum implevit, ut immortalibus accensere
tur apud superos. Hunc obitus diem consignant necrologia Bustor-
fianum, Wilbacense, ac Mariæ Monasterij, eundemque hunc mor-
tis annum nobiscum tradit Gobelinus Persona. Decessit gesto per
xx fere annos Episcopatu; falliturque Cranzius, Bruschius, & Ker-
senbrochius, qui anno 1221 obiisse scribunt, quos ipsa narratio re-
rum ab eo gestarum, tabulæque per singulos annos à nobis introductæ
revincunt. Vir fuit ea tempestate inter Saxoniz Episcopos con-
spicuus, & ob pietatem, modestiam, vitæque integritatem magnæ
apud Principes auctoritatis. Publicis modicè se immiscuit, quod
omne vitæ studium converteret in dotanda religiosorum Cœnobiaz,
& domesticam Cleri, sacrorumque ordinum disciplinam excolen-
dam; eo & Canonicos majoris Ecclesiæ, Clerumque pro majorum
instituto intra Claustrum in communi vitæ societate religiosorum
instar hominum conservavit; habuitque Collegium non modo
Comitum & nobilium filijs, sed & vix in omni genere licentiam
eruditis florentissimum; tamen jam Bremæ, Hildesij, Trevirensis,
Monasterij, ac passim in omnibus Cathedralibus Ecclesijs puerca illa
disciplina vitæque socialis ratio laxata esset. Quo vero loco in
tumulum compositus sit, venustas ipsa simul, ut alia multa
hæc Præfatis facta, sepelijt.

Bernardus
Ep. Pad.
Præposi-
to Bustor-
fiano
confert
Archidia-
acona-
tum Ec-
clesiæ Es-
bicensis.

Bernardus
Episcopi
obitus &
laus.

Gobelinus
in
colonia
et c. c. c. c.
Gobelinus
Breschiensis
in Catal.
Episcopi
Palatin.
Koselth.
in Catal.
Episcopi
Pader-
born.

OLIVE

cum bona volan-
in hoc fuerat con-
bili Domino nostro
tione vera, plena,
em, ac verum et
kele, prout maro.
in mansorum ante
nes fratres de Hy-
de creverunt; pro-
fscendebant. Tra-
Ecclesiæ sua tem-
statuimus, ut hi,
kele, ac dictas se-
jure tenere et ve-
Episcopo, et Ecclē-
modo tenentur,
ra, omne jus anti-
s, et commodi nos
s nobis et Ecclesiæ
rietate feudi dōta-
in perpetuum reti-
ensi plenius eadem
dem de proprietate
n, et veram Wa-
erbornensis, qui pro
uffragio accedunt.
erbornensis Ecclesiæ
n deducantur, præ-
sicut Abbatij
e. Nos vero Præ-
Ecclesiæ omnia reuoc-
approbationis, ro-
scripto, Testis hu-
et Andrea Pader-
lotarius Reverendus
us presbyteri Elob-
nina Abbatis Ee-
erse milites. Eum-
domini Episcopi præ-
die Dominici, quia
llesimo darentissima

Demum

OLIVERVS

XXI.

EPISCOPUS PADERBORN.

Successorem in Episcopatu Bernardus habuit Oliverum, virum immortalis memoriae, ac fides ea tempestate sacrorum praesulum; sive res ab eo praclare gestas, relataeque à nobis ex sacro bello repetere: sive Scriptorum, à quibus celebratur testimonia consulere lubeat. Hunc alij Olivarum & Olivarium, alij communius Oliverum & Oliverium scribunt. Gente Saxonem fuisse scribit Ciacconius, alijque; & verisimile dixeris ex Ducatu aut Westfaliae provincia ortum. Quippe à prima aetate in Clerum Paderbornensem adscitus, diu apud nos vixit inter Canonicos majoris Ecclesiae; quemadmodum in varijs supra relatis tabulis testis inter Canonicos Cathedralis Ecclesiae nostrae subscripsit. Inde ad Coloniensem Ecclesiam Metropolitanam translatus, & ob egregiam doctrinam eminentemque sacrarum literarum scientiam ejus Ecclesiae Scholasticus est expetitus; quales tum in majoribus Ecclesijs erant viri, qui Theologiam & sacras literas publice profitebantur docebantque Clerum; uti id supra monuimus ex concilio Lateranensi, atque ex recepta à majoribus consuetudine & commendatione. Hinc Oliverus modò Magister, modò Scholasticus à Pontifice & Scriptoribus appellatur. Ejus insignem doctrinam testantur literae, quas ad Engelbertum Coloniensem Archiepiscopum & Clerum ejus Ecclesiae ex obsidione Damiatæ, quasque deinde ad Frisones aliosque perscripsit. Eo in Scholastici Colonienfis munere etsi ad majorem Cathedram sit evocatus, semper tamen locum in Clero Paderbornensi tenuit. Hinc Scholasticus adhuc inter Collegas Paderbornensis Ecclesiae testis subscripsit, & in publicis conventibus ut membrum Paderbornensis Ecclesiae causas Paderbornensium simul egit uti tabulae à nobis supra relatae docent. Nec aliter postea Paderbornensis Ecclesiae Episcopus, quam ex gremio suae Ecclesiae Oliverus est delectus; quemadmodum & ipse Honorius Pontifex ex Canonico Paderbornensi subrogatum scribit.

Ex qua
Oliverus
familia
fuerit.

Familiam Oliveri si requiras, eam vetustas nos ignorare voluit. Pronum interim asserere, fuisse ex veteri nobilitate Westfaliae; quando

do plerique Canonici majoris Ecclesie per id tempus ex ea censebantur; nec alij quam ex nobilitate legebantur Episcopi; & supra à nobis familia Ole ex comitatu Arensbergensi est adducta, magna nominis affinitate. Ciacconius & Gelenius Oliveri gentilitium familie insignie producunt, duo equina crura decussata rursusque erecta, quorum ungula ferrea solea obarmata. Sed hæc levia sunt; nec illa familie decora ab ipsis tum priscis, ita ut nunc, æstimata in Clero. Hinc in donationum tabulis à nobis & ab alijs passim productis Canoniorum majoris Ecclesie nomina sine familie additamento, etsi inter hos Comitum & Dynastarum filij fuerint, scripta legimus. Summum tunc in Clero decus doctrina & virtus. Hæc duo præter nobilitatem in Olivero summa admirandaque fuere; quod cum præclara ejus facta, tum Scriptorum elogia testantur. Passim enim a Cæsario, Crantzio, Bruschio facundissimus, & ferventissimus ejus sæculi orator laudatur. Deinde bello sacro adversus Saracenos pro terra sancta recuperanda in Westfaliam, Frisiam, Brabantiam, Flandriam, dioecesi Trajectensem peragrando, convocandoque homines ad signum crucis militiamque sacram inflamma vit. Quare ab Alberto Stadeni Oliverus famosissimus Prædicator appellatur; quemadmodum & à Bosio, Bzovio, & Oderico celebratus est. Atque ex hoc Apostolico munere, quod ipsi Pontificis auctoritate commissum erat, simul innumeros mortales ad pœnitentiam, vitæque melioris rationem traduxit; quorum etiam liberalitate adjutus magnam vim pecuniæ collegit, quam in expeditionem sacram, & Damiatæ expugnationem, & ubi agrorum etiam & inopum necessitas poscebat, expendit. Ipse deinde militiæ sacræ naves conscendit cum ijs, qui ex Rheni, Amasis & Mosæ ostijs provecti, primò Ulyssipponam, deinde Marsiliam appulere; multisque tempestatibus maris jactatus in Palestinam pervenit. Duplici semper munere in ea expeditione ferventissime perfunctus, bellici nimirum directoris & religiosissimi Sacerdotis; qui militi laboranti nunc pecuniæ stipendio, nunc hortamento ad belli opera, nunc sacrorum ministerio noctes diesque sedulo aderat. Summam exinde sacræ militiæ laudem consecutus ad Damiatam; quippe ejus machina & fortitudine Pharus munitissima turris in medio Nilo urbi objecta, ut supra diximus, expugnata est. Hæcque post illa per annum in obsidionalibus castris Colonensium, Frisonum, Saxonum & Westfalorum supremus factorum præses, & belli moderator; donec ipsa urbs, Aegypti claustrum, in potestatem Christianorum veniret. Quo exinde anno ex Palestina regressus sit, an post amissam rursus Damiatam secundo ab hinc anno, an citius, exploratum non habeo. Certe Frisones non nisi post cladem in Aegypto acceptam rediisse apparet ex Epistola Hierosolymitani Patriarchæ, qua commendata eorum egregia fortitudine, remigrandi in Patriam facultatem permittit. Horum omnium operum

Gelen in vita Engelberti lib. 1. p. 74.

Cæsar. lib. 3. c. 6. Crantz. l. 7. c. 39. Bruschi in catal. Ep. Cæsar. l. 10. c. 37.

lib. 3. c. 6. lib. 4. c. 10. lib. 10. c. 23. Albert. Stadeni in chron.

Bosius lib. 8. histo. sacra milit. Hierosolym.

Bzovius l. 2. c. 3. n. 9. Qui in expeditione in terram sanctam se gesserit.

VS

BORN.

verum, virum
 erorum præsu-
 nobis ex sacro
 tur testimonia
 a, alij commu-
 nem fuisse scri-
 catu aut West-
 Clerum Pader-
 nonicos majo-
 ris tabulis rectis
 ipsit. Inde ad
 as, & ob egre-
 m scientiam ejus
 a majoribus Ec-
 licè profiteban-
 ex concilio Late-
 & commenda-
 asticus à Ponti-
 trinam testantur
 iscopum & cle-
 inde ad Frisones
 munere etsi ad
 locum in Clero
 Collegas Pader-
 conventibus ut
 ornensium simul
 ter postea Pader-
 Ecclesie Oliverus
 pontifex ex Cano-
 s ignorare voluit.
 Westfalie; quan-
 do

rum virtutumque in Olivero pulcherrimum ornamentum vitæ castissimæ integritas & modestia; tantæq; erga omnes fuit demissionis, ut non aliter se quam peccatorem & servum fronti literarum inscribere solitus sit. Ita in epistolis ad Frisios, ita in epistolis ad Engelbertum Coloniensem Archiepiscopum, & præfules ejus Ecclesiæ legas. Quo deinde Spiritu Dei, quo fervore religionis inflammatus fuerit, fatis ea ad Clerum Coloniensem epistola commonstrat.

Diffensio
in electi-
one Epi-
scopi.

Attamen talis tantusque vir non sine æmulo & multorum invidia ad Episcopatum Paderbornensem pervenit. Quippe superiori Episcopo mortuo, Paderbornenses in factiones abiere; eo scediori malo, quod hæcenus nunquam ejusmodi schisma in electione Episcopi Paderbornensis intervenerat. Abbas Cœnobij Abdinghovi cum suis Monachis, & Canonici Buxtorfiani Collegij elegerunt Henricum, Buxtorfiani Collegij Præpositum. Quibus præ ceteris accessere Wernerus, Bernardus, & Hermannus fratres Præpositi, milites Brakelenses, Ceteri Cathedralis Ecclesiæ Præfules & Canonici à Clero primario, quorum longè major saniorque pars erat, suis suffragijs convenere in Oliverum. Res in magnum dissidium & turbas vergebat, cum & nobiles, & Ministeriales, & cives Paderbornenses traherentur in partes; ut genus illud passim primum erat factis se immiscere: & res ipsa non tam nova, quam temeraria, scedaque erat, audire Monachos & Clerum Secundarium, quodinauditum erat in Ecclesiâ Paderbornensi, sibi electionem Episcopi vendicare adversus majoris Ecclesiæ Canonicos: totamque diocesim intestina seditione conturbare. Quapropter à Collegio Cathedrali per justas querelas appellatum ad Honorium Pontificem, supremum hujus controversiæ Judicem. Pontifex consultè primam causam diffidij cognitionem, ut de electione ad se referrent, commisit Abbati Vallis S. Petri, Cœnobij videlicet Heisterbacensis, Præposito, & Decano Coloniensis Ecclesiæ. Quod hæc Pontificis literæ docebunt.

Pontifex
causam
electionis
alijs cog-
noscen-
dam
committit

Honorius Episcopus Servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati Vallis S. Petri Cisterciensis. Ordinis Coloniensis diocesis, Decano et Præposito Coloniensis salutem et Apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram, dilectis filiis Præposito, et Decano, ac quibusdam Canonicis Paderbornensis Ecclesiæ significantibus, noveritis pervenisse, quod Abbas, et Decanus, et Canonici S. Petri Paderbornensis. Wernerus, B. et H. fratres ejus milites de Bracle, et quidam alii Paderbornensis. Civitatis et diocesis in eorum Ecclesiam temere irruentes, ac molientes ipsius Episcopatum Henrico ejusdem Ecclesiæ Canonico sua conferre potentia, ipsum de facto in Episcopum eligere præsumserunt. Quare petierunt humiliter, ut cum occasione hujusmodi gravia damna incurrerint, eos ad satisfaciendam de tanta præsumptionis injuria, et damnis, quæ incurrerunt occasione prædicta cogere dignaremur. Quia vero nobis non consistit de præmissis, discretioni vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus vo-

ecclis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod Canonicum fuerit, appellatione postposita statuatis, facientes quod decreveritis per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, se se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes his exequendis poteritis intercesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Signie IIII Calend. Augusti Pontificatus nostri anno octavo.

Igitur priusquam Pontifex instrueretur, atq; ex consilio Cardinalium de controversa electione pronunciatet, pars anni transijt, mansitq; Paderbornensis Ecclesia sine certo pastore; ausus interim Henricus Præpositus obrutusque, studio popularium suorum, bona quædam Ecclesiæ invadere, ac sibi tanquam Episcopo vendicare, falsis ad Pontificem literis perscriptis, quibus electionem suam firmare voluit. Tanta simul hominem ambitio invaserat. Subinde Pontifex Idem
11 Idus Augusti Monasterio Schakenfi, quod in comitatu Wal-
decensi, ut supra à nobis relatum est ad annum Mxcv, jurisdictione
Episcopi Paderbornensis comprehenditur, patrociniij diploma, dedit.

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Præposito et conventui Monasterii Scaken salutem et Apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana Ecclesia devotos et humiles filios ex assueto pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestius agitentur, eos tanquam pia mater sua protectionis munimine conservet. Eapropter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras, et locum in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in presentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis præstante Domino poterit adipisci, sub beati Petri, et nostram protectionem suscipimus; specialiter autem de Imminchus, et de Godesleim Ecclesias cum omnibus pertinentiis suis, sicut eas iuste, canonicè, et pacifice possidetis, vobis et per vos Monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrociniio communimus. Nulli vero omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Signie VI Idus Augusti Pontificatus nostri anno octavo.

Sed longe gravioribus curis hoc anno Pontifex distentus, iterumq;
bellum
factum
promove-
ret.
rum sacri belli classicum per Europam canebat; quò post amissam
Damiatam laborantibus in Oriente Christianis subveniret. Iterumq;
per omnes provincias destinati missique præcones sacri, qui ad vexillum crucis milites invitarent. Tandem etiam Fridericus Imperator se belli sacri ducem professus, quem Oliverus in epistola ad Colonenses unicè desideratum scribit. Ad hoc opus maturandum missus est in Galliam & Germaniam Conradus Portuensis Episcopus S. Rufinæ Cardinalis Furstenbergius, gente Germanus, Eginonis Comitæ filius,

lius, ex Monacho, Abbate, & supremo ordinis Cisterciensium moderatore à Pontifice in Cardinalium munera cooptatus; qui tamen postremo demum anno in Germaniam venit, & Oliveri Episcopi nostri causam ex Pontificis mandato impense suscepit.

Annus Christi 1224.

Honorij III Pont. 8.
Friderici II Reg. 12. Imper. 5.
Oliveri Ep. Pad. 1.

Godefrid.
Albert.
Stad.
Crant. l. 7.
Sax. c. 38.
& 39.
Hist. Brem.
Epist. in
Gerhar. do.
Agitur de
Walde-
maro Da-
niæ rege
è carcere
liberan-
do.

Anno igitur consequente, qui Christi numeratur vigesimus quartus supra millesimum ducentiesimum, Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus, Imperij moderator, cum Henrico Rege Imperatoris filio, mense Maio, Francofurti Imperij ordines convocavit. Quo in conventu consultum de colligendis subsidijs, in Palæstinam ducendis. Nec multò post accessit Colonia Conradus Portuensis Episcopus Pontificis Legatus, post Pentecostes dies magnificè ab Engelberto & Coloniensi Magistratu exceptus. Ac postquam multa sunt tractata de expeditione sacra, Henricus Rex cum Archiepiscopo Engelberto & Legato Apostolico in Saxoniam profectus, Barduvici conventum habuit, in quo deliberando Waldemaro Daniæ Rege tractatum, qui jam biennium in carcere hærebât. Præmissus ad Albim Herimannus Hospitalis Saxonici supremus magister, qui ex Italia à Friderico Imperatore in Germaniam missus componendæ hujus rei causa, Regem & Zwerinensem Comitem in Dannenburgensi castro convenit. Eo internuncio atque arbitro Rex Daniæ eo deductus, ut offerret in lytrum centum marcarum millia, promitteretque se omnia, quæ Imperio detraxerat restitutum, coronamq; non ab alio, quàm ab Imperatore recepturum. Quas condiciones cum Albertus Orlemundanus Comes Regis ex sorore nepos, ac ceteri, qui aderant, Daniæ proceres, genti suæ ac Regi probro ducerent, abrupta pace in liberandi Regis tractatione, indignabundi in Daniam reveci sunt; nec multò post Albertus Comes cum valido exercitu, Transalbianas regiones vastando, regressus est, ferro Regem extracturus è carcere. Ad hunc communem hostem depellendum conspiravere Gerhardus Bremensis Archiepiscopus, Lippiensis ut diximus, Comes, Adolphus Showenburgensis, Henricus Zwerinensis, & Henricus Werletensis Comes, ceterique Holsatiæ populi. Hi collatis signis cæcos Danos in fugam egere; captusq; Albertus Orlemundanus Comes, belli Dux, à Zwerinensi Comite, & in eundem cum avunculo Rege carcerem detrusus; Ultro tamen post mortem Engelberti Archiepiscopi à Zwerinensi Comite, accepta ingenti pecuniæ summa, ne alij in partitionem venirent, laxati sunt, ceteris per Saxoniam armis quiescentibus.

Pontifex

Inter hæc Honorius Pontifex, discussa diligenter Romæ in concilio

Concilio Cardinalium electione Paderbornensis Episcopi, pro Olivero pronuntiavit; quod & pluribus eligentium suffragijs, & sanioribus delectum cognoverat; rejectoque Henrico Præposito, scribit primo ad Conradum Portuensem Episcopum Apostolicæ Sedis Legatum, & Engelbertum Coloniensem Archiepiscopum, ut à se confirmatum Oliverum in quæta possessione collocent, tueanturque.

examina-
ta dili-
genter
electio-
ne pro
Olivero
pronun-
ciat.

Honorius Episcopus Servus servorum Dei Portuensi Episcopo Apostolica Sedis Legato, et Archiepiscopo Coloniensi. Auditis et intellectis, quæ super electionibus de dilecto filio Magistro Olivero Canonico Paderbornensis Ecclesie, ac Henrico quondam Præposito Ecclesie SS. Apostolorum Petri et Andrea à Canonicis Paderbornensibus celebratis fuere proposita coram nobis, de fratrum nostrorum consilio electionem de prædicto Henrico præsumptam, et quidquid ex ea secutum est vel ob ipsam irritum judicavimus, electionem de Magistro Olivero celebratam à majori parte Capituli confirmantes. Quocirca fraternitatibus vestris mandamus quatenus quod super hoc à nobis factum est, faciatis, sublato cujuscunque contradictionis et appellationis objectu, inviolabiliter observare, compellendo præfatum Henricum ad integram restitutionem quorumcunque honorum Paderbornensis Episcopatus, quæ prætextu electionis suæ hæcenus tenuit occupata.

In hanc deinde formam, repetita prima literarum parte, Honorius Pontifex ad ipsum Oliverum electum Paderbornensem Episcopum scribit, additque: *Illud autem, quod super usu falsarum literarum fuit de ipso Henrico propositum coram nobis, nostra providentia reservamus, de rigore vel misericordia circa ipsum, pro ut ejus exegerint merita, et expedire viderimus, processuri; ideoque, districtè tibi per Apostolica scripta mandamus, quatenus curam, et regimen Paderbornensis Ecclesie assumens sic studeas, secundum datam tibi à Domino prudentiam commissam tibi sollicitudinem exercere, quod et prædicta Ecclesia sub regimine tuo proficiat, et te in presenti existendo cum Servo Evangelico fidelis in paucis in futuro super multa constitutum à Domino merearis. Datum Laterani VII Idus Aprilis Anno Pontificatus nostri IX.*

Cui Eccl-
siam Pa-
derbor-
nensem
com-
mendat.

Tertias deinde literas Pontifex dedit ad Nobiles & Ministeriales Paderbornensis Ecclesie, servata priorum literarum forma. Postremò ad ipsos nobiles & Ministeriales converso stylo. *Quia verò, inquit, quo est carne Spiritus, et anima corpore dignior, eo debet Spiritualis Pater carnali amplius honorari, per Apostolica vobis scripta mandamus, quatenus eidem electo tanquam Patri et Pastori animarum vestrarum plene et humiliter intendatis, et sicut tenemini, exhibeatis juramenta fidelitatis et in Ecclesia suæ negotijs fideliter assistentes plene in super eidem de juribus ipsi Ecclesie à vobis debitis responsuri, alioquin sententiam, quam ipse rite tulerit, subituri. Datum Laterani VII Idus Aprilis.*

Succedit ad has Pontificis literas hoc anno sententia Abbatis Vallis S. Petri, Conradi Præpositi majoris Ecclesie Coloniensis, & Goswini

Eandem
Oliveri
electio-

nem
compro-
bant co-
gnitores
& judi-
ces à Pon-
tifice
consti-
tuti.

Goswini ejusdem Colonienſis Eccleſiæ Decani, quos Pontifex anno ſuperiori cognitores & Judices conſtituerat; ab his in hæc verba, pro commiſſa & communicata à Sede Apoſtolica poteſtate, pronuncia- tum decretumq; eſt contra Abbatem Abdinghonianum, & Canoni- cos Buſtorſianos. *Comparentibus itaq; Procuratoribus partium coram no- bis cum literis procurationis, pro ut moris eſt et juris, ſolempniter deſtinatis ex confeſſione Conradi Diaconi procuratoris Abbatis, et Capituli Beatorum Apo- ſolorum Petri et Andrea Paderbornenſium, nobis conſtitit evidenter, præ- dictum Abbatem et Capitulum beatorum Apoſolorum Petri et Andrea Pa- derbornenſes nunquam fuiſſe in poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione juris eligendi Episcopum Paderbornenſem, et eoſdem nihil juris habere vel unquam habuiſſe in Episcopi Paderburn. electione. Idem etiam procurator aſſerebat Abbatem et Capitulum præſatos nunquam alicujus Episcopi electioni interfuſiſſe, et quod circa Præpoſitum Henricum fecerunt, eligendo ipſum in Episcopum, operati ſunt de facto potius quam de jure, malis perſuaſionibus quorundam circum- venti. Recepiſimus etiam prædicti Abbatis literas Eccleſiæ ſuæ et ſuo ſigillis ſi- gnatas cum literis Capituli ſui. Similiter et literas Capituli Eccleſiæ beatorum Petri et Andrea cum ſigillo ejusdem Eccleſiæ ſignatas omnium prædictorum expreſſam continentem confeſſionem. Nos igitur æquitate penſata, procurato- ribus partium petentibus et conſentientibus, de conſilio etiam aſſeſſorum noſtro- rum Domini Conradi de Renninberg et Magiſtri Hermannii de Engero Ca- nonicorum majoris Eccleſiæ in Col. promulgavimus in ſcriptis contra Capitu- lum beatorum Apoſolorum Petri et Andrea ſententiam ſub hæc forma. Quia nobis Abbati Vallis S. Petri, Præpoſito et Decano Colon. Judicibus à ſede Apo- ſtolica delegatis ex confeſſione Conradi Diaconi Procuratoris Capituli Beato- rum Apoſolorum Petri et Andrea Paderburn. ut ex literis Capituli ejusdem Eccleſiæ ſua ſigillo ſignatis conſtat evidenter, idem Capitulum nunquam fuiſſe in poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione juris eligendi Episcopum Paderburn. ipſumque Capitulum in electione Episcopi nihil juris habere vel unquam habuiſſe, prædi- cto capitulo jus poſſeſſionis vel quaſi poſſeſſionis auctoritate nobis à ſummo Pontifice delegata penitus abjudicamus. Et quia Episcoporum electio ad Ca- nonicos Cathedralis Eccleſiæ de jure communi noſcitur duntaxat pertinere, ſu- per jure eligendi Episcopum Paderburn. ſepediſto Capitulo perpetuum ſilenti- um imponimus eadem auctoritate, ſub hæc etiam forma ſecuti confeſſionem prænotati Abbatis et Eccleſiæ ſuæ contra ipſum de dictorum aſſeſſorum conſilio ſententiam promulgavimus in ſcriptis. Quia nobis Abbati Vallis S. Petri, Præ- poſito, et Decano Colon. Judicibus à Sede Apoſtolica delegatis ex confeſſione Conradi Diaconi procuratoris Abbatis Paderburn. et ex literis confeſſionis ejusdem Abbatis Eccleſiæ ſuæ et ſuo proprio ſigillis ſignatis conſtat evidenter, me- moratum abbatem nunquam fuiſſe in poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione juris eligen- di Episcopum Paderburn. et eundem Abbatem in ea electione nihil juris habere, vel unquam habuiſſe, Abbati eidem jus poſſeſſionis vel quaſi poſſeſſionis auctori- tate nobis à ſummo Pontifice delegata penitus abjudicamus. Et quia Episcoporum electio*

electio ad Canonicos Cathedralis Ecclesie de jure communi noscitur duntaxat pertinere, super jure eligendi Episcopum Paderburn. sepe dictio Abbati perpetuum silentium imponimus eadem auctoritate. Et quoniam occasione hujusmodi presumptionum dampna irrecuperabilia solent multoties provenire Ecclesiis viduatis, tam Abbati quam Capitulo beatorum Apostolorum Petri et Andrea prenotatis, auctoritate Apostolica, et sub pena excommunicationis firmiter precipiendo mandamus, quatinus electioni Paderburnen. Episcopi se ingerere nunquam presument, vel alii loco ipsorum. Ut autem prescripta inconvolva permaneant, et ad notitiam universorum perpetuo perveniant, conscribi fecimus presentem paginam nostri et predictorum assessorum nostrorum C et A. qui nobiscum omnibus premisis interfuerunt sigillis communitam. Acta sunt hæc Colonia in claustro majoris Ecclesie. Anno Incarnationis Domini M C C X X I I I I, III Idus Maji, Indictione XII.

Quibus cum accederet Conradi Sedis Apostolicæ Legati, & Engelberti Coloniensis Archiepiscopi auctoritas, ac Pontificis confirmatio, Oliverus in Paderbornensem Ecclesiam solemniter est introductus, & summa omnium gratulatione & plausu acceptus Episcopus. Atque is, ut erat facundissimus totius Germaniæ Orator, & celeberrimus ejus ætatis Theologus, non modò populum pro concione docuit, traxitque in sui amorem; sed & synodo Cleri congregata, superiorum Synodorum decreta, & laudabiles consuetudines sacrorum ac temporum in unum codicem collegit, ut in omnium manibus essent, & facile memoria comprehenderentur. Quemadmodum hæc Eisengreinius & Gobelinus tradunt; quanquam hæc per temporum injurias nondum ad manus nostras pervenerint.

Cœlitum numerum ex Saxoniciis auxit hoc anno Adolphus Osnabrugensis Episcopus, II Februarij mortuus. Is nobili genere natus, & à primis annis in Clerum Coloniensem adscriptus, cum Cœnobium Cisterciense veteris Campi aliquando inviseret, videretque in eo florentissimam disciplinam, & cœlestem quandam Monachorum vitam, captus ejus instituti amore, Monachi habitum sumpsit; vixitque inter religiosos viros per multos annos omnium virtutum specimen; dum harum celebritate famæque ad Episcopatum Osnabrugensem, in locum Gerhardi Episcopi ad Bremensem Archiepiscopatum translatus, circa annum Christi M C C V I I I I evocaretur: quo in munere illustrior ex omni virtutum conspectu, Ecclesiam suam possessionibus & cultu religiosorum minime auxit; uti hæc in fastis eorum & à Casario narrantur. Vir pius, modestus, beneficus, qui miraculose omnes complexus, egenos cum primis & morbis afflictos, quorum servitio famuli instar se impendit. Quæ caritatis ejus officia Deus miraculo non semel comprobavit, interque cetera illud proditum. Jacebat in vili tuguriolo ad vicum Merfen, homo lepra infectus

Eisengreinius in catal. test. veris, Gobelin. anat. 6. c. 64

Adolphi Episcopi Osnabrugensis. felix obitus & vita Sanctitas. Et v. v. in chron. Osnabrug. Crantz. in Metrop. l. 7. c. 19. Casar. lib. 1. Dialog. c. 22. Hist. Brem. Archiep.

fectus, totusque squalidus & abjectus; hunc ille quoties Osnabrugo Furstenaviam tenderet, invisere, stipe donare, & familiari pioque colloquio pascere; id cum longius semper traheret Episcopus, quam comitantium ministrorum patientia ferret, leprosum subduxere in alium locum, ne itineris moram ob vilem sordidumque hominem facere necesse haberent: redit denuo Episcopus, subit pro more tugurium, & leprosum, qui interim à vita excefferat, reperit eo quo ante conspectu vilique lacerna contactum; & cum solito colloquio miserum solaretur, ille repente miro fulgore circumfusus gratias agit Episcopo, & se jam immortalis & longè feliciore vita donatum profertur: quo dicto, ex oculis evanuit. Tum Comites, in quorum conspectu hæc fiebant, pudore suffusi supplicesque ad pedes Episcopi veniam sui delicti precantur. Multa hujusmodi observata in Adolpho, ob quæ & vivus sanctitatis fama inclaruit, & mortuus in tanta veneratione fuit, ut sepulchrum ejus, quod in transitu templi obvium erat, pedibus calcare religioni duxerint posteri. Ob hæc ossa ejus anno 1651 Franciscus Wilhelmus Episcopus in sacrario reponi jussit, interque Divos suæ Ecclesiæ coli permisit. Adeo nulla à Carolo M. aras, ex qua Saxonia suos sanctissimos Episcopos non proferat: quo in numero non immerito Oliverum nostrum reputes, Adolpho aqualem ac familiarem. Retuli adhuc annum Adolphi obitum, quod successor ejus Engelbertus Jsenburgici Comitis filius in Episcopatu Osnabrugensi Engelberti Colonienfis Archiepiscopi ac consanguinei patrocinio à Casario subrogatus scribatur; id quod aut hoc anno aut sequenti fieri necesse fuit, quo ipse Engelbertus Archiepiscopus trucidatus vivere desijt. Quare falli dixeris, qui Adolpho subrogant Teclenburgensem Comitem; quanquam cum Engelbertus hic à cæde Engelberti Colonienfis Archiepiscopi, confirmatione nondum obtenta, exauctoratus sit, nulla forte ejus ratio in fastis Episcoporum est habita.

Annus Christi 1225.

Honorij III Pont. 9.

Friderici II Reg. 13. Imp. 6.

Oliveri Ep. Pad. 2

Oliverus cum S. Engelberto Romanam profectus.

Gelen. ad vitam Engelb. l. 3. not. ad c. 8. Stangef.

At nos ad Oliverum redeamus. Is postquam in suo Episcopatu Paderbornensi omnia divina profanaque sapienter ordinasset, altero anno, fortè in Comitatu Engelberti Coloniensis Archiepiscopi, Romanam profectus est. Nam uterque hoc anno in Italia, mense Julio, Friderico Imperatori adfuit; ut constat ex diplomate Friderici Imperatoris, quo Engelberto Coloniensi Archiepiscopo prædium Rickerichium donat, ac confirmat. *Testes* hujus donationis adscribuntur *Joannes Rex Hierosolymitanus, Ecbertus Babebergensis, Conradus*

Ratisbo.

Ratisbonensis, Oliverus Paderbornensis, Echehardus Mersburgensis Episcopi, Hermannus Magister Hospitalis S. Mariæ Teutonicorum in Jerusalem, Ludolphus Dux Austria, Bernardus Dux Carinthiæ, Remaldus Dux Spoleti, Henricus Marchio de Andisle, Henricus Marchio de Burgooroe, Hermannus Comes de Uroberg, Otto Comes de Orlenburg, Bernardus de Florismare, Henricus Comes de Everstein, et alii quamplures. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo ducentesimo vigesimo quinto, mense Julio, Indictione XIII apud S. Germanum, quod Oppidum est ad radices montis Cassini. Ad quem Episcoporum & procerum cum Friderico Imperatore congressum misit Honorius Pontifex duos Cardinales Legatos, Petrum Albanensem Episcopum, & alium tituli S. Martini presbyterum; actumque per eos de expeditione in Palæstinam maturanda. Eoque adductus Imperator ut elata in cælum manu juraret se intra biennium iter armatum ingressurum. Magnum in hanc rem momentum attulere Engelbertus Colonienfis Archiepiscopus, & Oliverus Paderbornensis Episcopus. Recitat Ughellus Italicus Ughellus Scriptor aliud Ecclesiæ Aretinæ diploma, sub idem tempus ex eodem loco à Friderico Imperatore datum, in quo testes producuntur Episcopi Colonienfis, Merseburgensis, & Padaburgensis; qui postremus aut Bambergensis, aut Paderbornensis fuerit, cum uterque tum Imperatori adfuerit. Engelbertus Archiepiscopus post illa in Germaniam ad suam diœcesin redijt, in qua, ut mox referemus, martyrio decoratus est. Oliverus verò ob famam virtutum, & claritatem nominis, qua in Germania & Palæstina inclaruerat, Romam evocatus; ubi ab ipso Honorio III Pontifice Episcopus est consecratus; quod ex Honorij epistola ad Capitulum interius recitanda non obscurum est; idque hoc anno factum esse verisimilius censeo, ne quid confirmationi superiori deesset in munere, & honore Episcopali. Utrumne verò cum Engelberto Archiepiscopo ad suam diœcesin in Germaniam reversus; an verò, quod certius opinari libet, Romæ manserit à Pontifice detentus, ex nullis monumentis affirmare habeo; altero certè anno Romæ Cardinalem creatum proferemus.

Anni hujus exitus cæde D. Angelberti Colonienfis Archiepiscopi tam funestus, quam atroci & immani facinore VII Idus Novembris à Friderico Isenburgico, Comite & consanguineo Archiepiscopi, truncidatus memoratur. Jam à multis annis Comes ab Engelberto mortuus erat, desisteret à vexando Essendiensi Collegio Virginum (cujus Advocatus erat) & iniquè rapta redderet; verum cum nec monitis, nec intentatis Ecclesiæ censuris, nec minis quicquam ab affirmato homine impetraret, ineunte Novembri Susati conventum publicum indixit, quò & Fridericum Comitem evocavit, extremum per consanguineorum & procerum consilia tentatur. Accessere præter Conradum Mindensem Episcopum, Theodoricum Monasteriensis & Engelbertus Osnabru-

Ughellus
tom. 1.

Odoricus
Raynal. in
bistor. Eccl.

Cesar in
vita D.
Engelb.
Godefrid.
in Annal.
Gelen. in
not ad vi.
tam Engelb.
Alberi.
Stad.
Levold. in
Chron.
Marcano.
D. Engel-
berti cæ-
des, &
causæ ejus.

Osnabrugensis Episcopi, Comitum fratres, alijq; cognati, amici, & Westfalix proceres. Hoc in congressu cum Engelbertus constanter causam Essendiensium Virginum ex Pontificis mandato ageret, Comitemq; ad saniora consilia & restitutionem urgeret; ille queri de Archiepiscopi acerbitate in se, communicare consilia cum Comite Arnsbergensi, Teclenburgensi, ceterisque, quos Archiepiscopo offensos sciebat; quorum voluntate non aliena à suis machinationibus explorata, confususque deinde Luxemburgi & Limburgi, ceterorumq; agnatorum patrocinio, conjurationis consilia in necem Engelberti agitare coepit. Quam in rem Sufati etiam nefarios homines in societatem meditati sceleris attraxit. Monitus per literas fidi amici Engelbertus hæc in caput ejus procudi; quas cum Conrado Mindenfi Episcopo legendas dedisset, pedibus proculcatas abjecit in ignem; quòd ex his, ut agebat, novus inter ipsum, & Fridericum Comitem dissidij fomes esset. Accersitis subinde Theodorico & Engelberto Episcopis Comitum fratribus, quæ de conjuratione Friderici in suam necem ad se delata essent, aperuit. Illi sine metu Engelbertum esse jubens nec enim sibi se persuadere, tantum flagitium in mentem fratris venire posse: vanos hos confictosque esse à malevolis rumores, quibus nulli prudenti fides esse debeat. Interim monitus à Conrado Mindenfi Episcopo, viro egregio pioq; è Comitum Diepholdiorum familia, alijsq; syncerioribus amicis, caveret sibi, vitæque consuleret. Quæ cum illi ex certis conjurationis indicijs exponerent; Engelbertus in omnem partem anxius, vocato in sacrum templi Mindenfi Episcopo, confessionem illi omnium delictorum ab omni retroacta vita facit, tanto doloris sensu, ut identidem inter verba lacrymæ fluerent. Peracta confessione lætus, jam, inquit, quod supremo numini visum fuerit, de me fiat: alteroque die soluto Sufati conventu, in quo nihil ob pertinaciam Friderici Comitum confici poterat, se in viam dedit, Swelmensem in Marchia suæ diocesis Ecclesiam consecraturus. Ab euntem cum aulæ comitatu deducit Comes, & quò conceptum animo scelus fallacius teget, blandè aliquamdiu colloquio affatus comitatur; pollicitus etiam, se Archiepiscopum Nurembergam ad Imperij comitia sequiturum, ut omnis istic controversia inter ipsum & Archiepiscopum Principum judicio finiretur. Inde discedendi facultate petita explorataque via, quam Swelmiam versus ingrediebatur, mox cum xxv Sicarijs, quos conjuratos habebat, redit, & nunc benigno, nunc feroci Vultu spectandum se offert, tanto metu incusso, ut pars aulici comitatus sensim diffugeret. Constantior Conradus Comes Tremoniensis monebat iter acceleraret per infesta montium loca; donec in angustias, locumq; insidiarum perventum: hic signo Sicarijs dato, uno omnes impetu & stricto ferro, involant, perfoslosq; mox latere alius super alium ictus ingeminat. Numeratæ supra 40 le-

tales

tales plagæ inflictæ; quibus adeo corpus laceratum, vix ut locus vulncri amplius superesset.

In hunc modum D. Engelbertus Colonienſis Eccleſiæ, haud ſecus, quàm Thomas Cantuarienſis, Archiepiſcopus pro libertate Eccleſiæ martyrio decoratus occubuit; quantumque hic Angliam, tantum ille Weſtſaliam illuſtravit; quippe clariffima Comitum Alcenæ & Montium familia ortus, ex qua jam ante Engelbertum Colonienſis Eccleſia tres Archiepiſcopos habuerat; Corpus caſi Archiepiſcopi primò ad Monafterium veteris montis, deinde Coloniam translatum, magno omnium piorum luctu; Multis exinde miraculis illuſtrior Engelbertus Divorum cultu decoratus eſt.

Ad tantam ſcleris immanitatem vindicandam accelerata Cleri comitia, moderante Theodorico Trevirenſi Archiepiſcopo; delectuſq; xv Novembris Henricus Mollenarckius Bonnenſis Præpoſitus ex nobili Thombergorum & Mollenarckiorum Dynaſtarum familia, vir acri ingenio, & excelſo Principis animo. Vix ille thronum Ep̄iſcopi conſcenderat, cum ad voces Colonienſium vindictam poſcentium ultorem juravit. Colonia igitur, ut Caſarius memorat, *Francofurtum aſcendens ad colloquium Regis, corpus Martyris duobus Abbatibus ordinis Ciftertienſis deferendum commiſit, Godefrido videlicet Abbati Montenſi, et Henrico Abbati Vallis S. Petri; cumque præſentatum eſſet corpus Regi et Principibus, et cum eo mortis inſignia, interula, diplois, et pilcus, iſs, qui corpus præcedebant diſtinctis gladius, ut habent legum jura, contra Fridericum latronem vociferantibus, turbatus eſt Rex puer, qui perinde, ut lugere ſolet filius patrem et puer tutorem ſuum, extinctum planxit Ep̄iſcopum, proſcriptionem verò Friderici in celebri conventu Nurenbergenſi factam renovavit: damnati Comitum bona hereditaria ad ſiſcum redaeta, feuda Dominis ſunt adjudicata. Ceteri qui facinoris participes inculabantur, Theodoricus Comes Clivæ, Godefridus & Wilhelmus Friderici parricidæ fratres, Otto Comes Teclenburgicus, Hermannus Comes Lippienſis, Comes Swalenburgicus, aliique complures, ad tribunal Imperij poſtulati, Theodorici verò Monafterienſis, & Engelberti Oſnabrugeniſis Ep̄iſcopi cauſa, quòd ejuſdem criminis rei inculabantur, ad Conſtanti Ap̄oſtolici Legati, & Honorij Pontificis iudicium eſt remiſſa.*

Ac poſtquam Mollenarckius Archiepiſcopus Francofurti regalibus exornatus fuit, cum corpore Martyris Moguntiam deſcendit; ubi Conradus Ap̄oſtolice Sedis Legatus, Ep̄iſcoporum & Abbatum ſynodo congregata, Engelbertum Martyrem pronunciauit: Fridericum verò Comitum, & quotquot in ſocietate parricidij venerant, anathemate perculit; quam ſententiam per Moguntiam, Colonienſem, Trevirenſem, Bremenſem & Magdenburgenſem Metropoles, earumq; dioceſes promulgari juſſit, cereis per omnes Eccleſias in deteſtationem ſcleris ſingulis dominicis diebus extinctis; id quod Caſarius Moguntia,

M m m m m

Godefridus

D. Engelbertus in Archiepiſcopatu ſucceſſit Henricus Mollenarckius.

Pœna ſumitur de reis necis S. Engelberti.

Godefridus Coloniae, post Natalem Christi factum perhibet. Ea in synodo recitatae tum palam literae Theodorici Monasteriensis & Engelberti Osnabrugensis Episcopi, quibus se uterque innoxium excusat, queriturque cum infamia nominis sui inique se traduci; & si audiantur, paratos esse juxta canones sacros se purgare: Engelbertus etiam fiducia innocentiae ausus consecrationem petere. Ad qua Leogatus benigne respondit, proniorem se ad elementiam, quam severitatem. Quare ad proximam synodum sub initium sequentis anni Leodij celebrandam adesse iussit; ibi si objecta accusationis capita diluant, innocentes abs se pronunciandos; ea vero in synodo cum non satis diluerent, quae à Colonensibus crimini dabantur, à Legato ex consensu Episcoporum ad Pontificis tribunal remissi sunt. Igitur Romam profecti, cum nec apud Pontificem se purgarent, uterque anno proximo Episcopatu exutus est; & Theodoricus Monasteriensis Episcopus haud multo post in itinere Romano morore consumptus excessit è vita, & in peregrino solo, incertum quo loco, humatus est. Praesul extra hanc labem, seu veri seu ficti criminis, egregius, qui hoc ipso anno praeter cetera praecleara opera novae Basilicae Monasteriensis fabricam jacto primo lapide aggressus est. Quippe ab ea Basilica, quam D. Ludgerus Caroli M. aetate struxerat, Dodo X Monasteriensis Episcopus longè augustiorem erexerat. Stetit illa supra centum annos, cum incendio deformata. Aliam resposuere consequentes Episcopi, sed opere minus firmo & augusto. Tandem Theodoricus Jsenburgicus augustam hanc fabricam, dejecta priori, ea qua nunc aspicitur amplitudine erigere coepit, in qua magnifica structura per annos xxxvi laboratum, donec à Gerhardo Episcopo absolveretur & festo Mariae Magdalenaë dedicaretur; quo die Theodoricus opus coeperat, & ipse per haec tempora è vita abiit. Tanquam hanc patronam sibi delegerit, cujus festum etiam diem in Ecclesia Monasteriensi celebrem sanxerat. In Episcopatu Successorem habuit Ludolphum ex nobili Holtiorum inter Westfalos familia; anno certe 1227. notatum in tabulis Episcoporum reperio. Quis verò in Episcopatu Osnabrugensi Successor fuerit, mirum quam variè auctores; Ertwinus, Crantzius, Merfaus, & Cleinsorgius, Adolpho, nulla habita ratione Engelberti Jsenburgici, substituunt Engelbertum Teclenburgensem Comitem: Gelenius Engelberto Jsenburgico subrogat Conradum, ex inscriptione Ecclesiae Heisterbacensis, cujus dedicationi anno 1227 interfuisse legitur Conadus Osnabrugensis Episcopus. Idem Gelenius haud incogruenter asserit Engelbertum Jsenburgicum postliminio redditum esse Ecclesiae Osnabrugensi; nam tabulas foederis cum Conrado de Höchsteden Archiepiscopo Coloniensi iuncti producit anno Mccxlviii ab Engelberto Osnabrugensi Episcopo apud Sufarum consignatas, in quibus inter testes sistitur Bruno frater Engelberti Episcopi

Episcopi
Osnab. &
Monast.
se purga-
turi Ro-
mam pe-
tunt.
Quo in
itinere
Theodo-
ricus Ep.
Monast.
moritur.

scopi, Præpositus Osnabrugensis; quem forte Scriptores illi pro Engelberto Osnabrugensem Episcopum nobis obruscere. Sed prætermittis hæc salebris, planiora de Olivero nostro prosequamur.

Annus Christi 1226.

Honorij III Pont. 10.

Friderici II Reg. 14. Imp. 7.

Oliveri Ep. Pad. 3. Cardinalis 1.

Annus vigesimus sextus supra ducentimum & millesimum Oliverus affluxerat, quo Oliverus ab Honorio Pontifice Romæ in Cardinalium ab Honorio in Cardinalium numerum adscitus; præclaro sanè ejus cum elogio & testificatione numero in Cardinalium virtutum. Nam postquam ex prima admissione congressuque didicisset Pontifex, quæ Oliverus hæctenus bello sacro tam præclare egerat, inspexissetque coram, quæ tanta famæ ejus celebritate acceperat, ipse Oliverum Romæ Paderbornensem Episcopum consecravit; itaque virum ex aspectu virtutum æstimavit, ut in urbe sibi inter intimæ admissionis Consiliarios retinuerit, dignumque censuerit, quem in eminenti purpuratorum Patrum theatro collocaret, opera exinde ejus per Germaniam & totius Ecclesiæ administratione usus. Quemadmodum mox etiam cum Tusculano Episcopo & Cardinale Oliverum Legatum ad Fridericum Imperatorem misit. quare scriptis hoc anno ad Cathedrale Paderbornensis Ecclesiæ Collegium literis potestatem Canonicis fecit eligendi alium in locum Oliveri Episcopum: eas hic recitare necesse habemus, ex quibus singula quæ diximus explicatius certiusque cognoscuntur.

Cum Apostolica Sedes, Ecclesiarum omnium generis sollicitudinem generalis, singularum utilitatibus pro loco ac tempore studiosè providere desideret, pro ut sibi Dominus administrat, ne si pro alijs adeo intenta sollicitudine versaretur, quod sui quasi negligenter oblita necessitati suæ consulere prætermitteret, merito posset de minus ordinata redargui caritate, viros claros, quos ad cooperandum sibi cognoscit idoneos, frequenter ad se advocat et assumit, sic illos honorans, ut nihil ominis utiliter provideat Ecclesiæ generali. Sanè cum M. Oliverius tunc electus vester ad nostram præsentiam accessisset, nos ipsum, quem fama laudabilis nobis multipliciter commendarat, recipientes hilariter ac benigne, munere sibi consecrationis gratam ex impenso, ipsum post aliquamdiu apud Sedem Apostolicam commorantem, & merita virtutem ejus, quæ prius intellexeramus probabilibus argumentis, evidenter experti, in consortium nostrum admisimus, et transtulimus in Episcopum Sabinensem; qui ut speramus in Domino, ita serviet Ecclesiæ generali, ut vestrae tanquam priori sponse dilectionis servet gratiam specialem. Caterum ne, quod absit, Ecclesiæ vestrae pro defectu Pastoris, alicui subiaceat detrimento, universitatem

M m m m m 2

vestram

vestram mouemus et hortamur, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, provideatis vobis de persona idonea per electionem Canonicam in pastore, qui tanto congruat oneri et honori. Verum ne obrepenti dolo vel violentis locus pateat irrumpendi, dil. f. - - de Hesehehusen, et de Bredeleare abbatibus Paderb. diocesis nostris dedimus literis in mandatis, ut vos ad electionem Canonicam celebrandam moueant propensus et inducant. Quare vobis iniungimus, ut in electione taliter procedatis, quod Ecclesia nullo dissidio laceretur, nec vos exinde praeter damnum conscientiae penam officii vel beneficii sentiat, sed potius mereamini apud Dominum et homines de caelo, et scientia commendari. Datum Reate. V. Calend. Octobris, anno X.

Oliveri
obitus, &
praecleara
ingenij
monu-
menta.
Giaccon. de
Cardan.
Ughell.
Odoricus ad
annum
1228.

Igitur Oliverus, quem fata tantum ad magnum emolumentum & felicitatem Paderbornensis Ecclesiae ostendisse videri poterant, gesto per triennium Episcopatu, abripitur ad purpuram, futurus ex Paderbornensi Episcopo Sabinensis; magno quidem nominis sui decore. Sed non minori Paderbornensium dolore. Primus qui ex Episcopis Paderbornensibus cooptatus in Cardinalium numerum; tam raro ejus aetatis exemplo, quam ingentia ipsius in Ecclesiam merita erant, & conspecta inter ceteros Germaniae Episcopos, probataque a Pontifice virtus. Refert Gobelinus noster ab Honorio Pontifice omnibus Ecclesiam Paderbornensem die dedicationis pie frequentantibus xl. dierum relaxationem a noxis indultam, anno Pontificatus ejus xi, idque a Bernardo ejus nominis iv Episcopo imperatum; quo multum fallitur Gobelinus, cum id Olivero adscribendum; ut temporum ratio docet; quando Honorius Pontifex, antequam Bernardus Episcopatum adijt, naturae concesserit.

At non multum Oliverus in suprema illa dignitate Ecclesiae Cardinalis superstes vixisse apparet; alteroque etiam ab hinc anno cum Honorio Pontifice obiisse verisimilius dixeris, eo quod inter xx Cardinales, qui Honorio Pontifice xv. Calend. Aprilis extincto Gregorium ix subrogarunt, non reperitur Sabinensis Episcopus & Cardinalis a Giacconio recensitus. Quemadmodum & Ughellus etiam in literis anno 1227. datis Oliverum bonae memoriae virum compellat, & in literis ad annum 1228. ab Odorico productis Episcopus Sabinensis, qui per id tempus Oliverus erat, eodem mortuorum titulo notetur; sed erit, qui certiora nobis de his aliquando referat. Nec magnopere ex morte & sepulchri loco ejus memoria requirenda, qui Scriptorum testimonijs longè clariora posteritatis monumenta, ac rebus praecclare gestis famam nominis immortalitati consecratam possidet. Ac ne haec ab alienis requiramus, ipse Oliverus etiam praecleara ingenij doctrinaeque suae monumenta reliquit; Duos enim egregios in Palaestina conserpsit libros, quorum primus ab eo inscriptus, *Historia Regum terrae sanctae*.

Et, quam Magister Oliverus Colonienſis Scholaſticus in obſidione Damiatæ apud Egyptum contexit, ducta narratione ab anno Mlxxxv, ac prima expeditione Godefridi Bullionæ Ducis, Regiſque Hieroſolymitani, quam deinde ad Friderici Barbaroſſæ expeditionem ac ſua tempora pertexit. Alter Oliveri liber inſcriptus, *Historia Damiatana*, quo Damiatæ expugnationem, cui & ipſe, ut diximus, interfuit, accurata ſcriptione complexus eſt. Ex eo libro tranſumpta eſt Epistoſa ad Engelbertum Colonienſem Archiepiſcopum ſuum, & præſules Colonienſis Eccleſiæ, cujus ſupra meminimus. Pia & erudita Oliveri monumenta, quæ manuſcripta ſervantur in Bibliotheca Ferdinandi Epicoſpi noſtri, dignaque, quæ ex præliſ in publicam lucem proferantur.

Hæc de Olivero clariffimo Germaniæ lumine, & ſanctiffimo Paderbornenſi Epicoſpo; cui inter omnes mortalium caſus acerbiffimus fuit funeſta D. Engelberti cædes; quem ille Archiepiſcopum ſuum uti Colonienſis Scholaſticus intimè ſemper dilexerat colue- ratque, ita poſtquam Paderbornenſis Epicoſpus delectus fuit, opti- mum ſemper patronum fidumque in omnibus adiutorem naetus eſt. At hoc ipſo anno, qui alter erat à cæde Engelberti, Deo vindice, auctores & Sicarios, uti D. Engelbertus prædixerat, pœna confe- cuta eſt.

Enim vero Henricus Mollenarckius Archiepiſcopus, quod in throno collocatus jurârat Colonienſibus, acerrimum ſe vindicem tulit nefariorum hominum. Quam in rem maximum copiarum delectum inſtituit, evocatis ad arma quotquot aut foedere, aut jure clientelari Agrippinenſi Eccleſiæ obnoxijerant. Convenère in hæc ulticia arma Henricus Dux Brabantiæ, Gerhardus Geldriæ, Theo- doricus Cliviæ, Gerhardus Juliæ, Adolphus Marchiæ Comites, ac totius fere Imperij proceres, tanquam ad ſacrum quoddam bellum, adverſus Eccleſiæ hoſtes & perduelles ſumptum. Ac poſtquam in- ſtructus exercitus ſe ad Rhenum collegerat, itum primò ad Frideri- ci parricidæ caſtra expugnanda; quorum alterum erat Jſenburgi- cum ad Ruram, in alto montis vertice infra Hattingam Oppidum, ac Sedes Jſenburgicorum Comitum, quod ob loci ſitum inextugnabi- le habebatur; id tamem ubi obſideri, expugnarique cœpit, præſidi- arij metu percuſſi Archiepiſcopo dedunt: uxor Friderici cum libe- tis abire permiſſa, arx funditus everſa, & ſolo æquata. Mox pro- ceſſum ad alterum caſtrum Luppiaæ aſſitum; quod Nienburgum; ſeu pontem novum, dixere, idque primo accellu expugnatum; & fundamentis diſjectum; quanquam è veſtigijs ejus Hammona poſt Oppidum ab Adolpho Marcano Comite iſtic reſpoſitum.

Cesar. in vi-
ta Engelb.
c. 17.
Gelen. in
not.
Godefrid.
in Annal.
Chron. M.
Belg.
Henricus
Archiep.
Colon.
ad ulci-
ſcendam
D. Engel-
berti ne-
cem ſe
parat.

Et con-
ſuetud.
inducta
totum in-

Inde



Inde exercitus, quod præter Crantziū annales tradunt, tra-
 ductus in Westfaliam adversus Ottonem Comitem Teclenburgem,
 Comitem Swalenburgensem, & Hermannum Comitem Lip-
 piensem; quem tamen alij omni culpa absolvunt. Cetera Op-
 pida, pagi, Villæ, ferro flammaque evastata sunt: arces Teclen-
 burgum & Swalenbergæ, perlato in dicecesin Paderbornensem
 bello, incinctæ, aliquamdiu obsidionem toleravêre. Dum Co-
 mes uterque ad extrema pressus Archiepiscopi clementiæ, & arbi-
 trio se permetteret; petitoque colloquio descendêrunt in castra,
 fœdus quidem cum Friderico Jsenburgico confessi, sed nec se cæ-
 dis fuisse conscios, nec consilio opeve adstitisse; adeoque con-
 fessi innocentia id dixêre, ut si convinci possent ultro se ad omnes
 parricidarum pœnas offerrent. Quare haud alia pœna mulctati,
 quàm feudorum, quæ à Colonienſi Ecclesia tenebant, jactura, Justus
 interim uterque Comes Monasterium condere, in quo pœnitentiam
 agerent. Obsidionem Teclenburgensis arcis in alterum an-
 num protractam fuisse, testes esse possunt litere fœderis inter Hen-
 ricum Archiepiscopum & Osnabrugensem Episcopum anno prox-
 imo consignatæ.

Sed longè atrocius processum in ipsos Sicarios: ex his duo
 capti; quorum alter in Insula Rheni in conspectu Colonienſium
 actus in rotam; alter pedibus equo alligatus, raptatusque per ur-
 bis plateas, simili supplicio execratus. Ceteri aut profugi, aut
 iisdem tormentis periêre. Accessit postremum Fridericus Comes,
 memorabile posteris spectaculum. Is postquam vagus proscri-
 ptusque, Romam se contulerat cum fratribus, purgaturus causam
 in Romano tribunali, nec quicquam illic patrocini reperisset,
 Leodium venit; ubi à Balduino nobili quodam agnitus, invita-
 tusque ad hospitium, intra Leodium & Hujum capitur; protra-
 ctusque in navem secundo Mosa Viferum deducitur, venditur-
 que Gelro Comiti marci bis mille; quod pretium in caput ejus
 statutum erat à Mollenarckio Archiepiscopo; quò à Mollenarckio
 recepto, traditur in manus Archiepiscopi, ac festo D. Martini ca-
 ptivus Coloniam introducit. Triduo in palatio dedentus, om-
 nes sceleris socios, interque hos etiam Theodoricum fratrem me-
 ditatæ necis conscium, prodidisse fertur. Sed longè salubriori con-
 fessione delictorum aliquoties Sacerdoti facta, ultro se ad suppli-
 cium pro expiando scelere obtulit. Igitur 18 Calend. Decembris
 extra urbem vinculus educitur. Locus supplicij erat in colle ante
 portam D. Severini, in quo columna circumposito infami theatro
 erecta stabat; quò cum perventum fuit, dejicitur à Carnificibus
 in terram Comes, quibus singula membra securi frangenda obtru-
 lit; brachiaque, crura, & dorsum sedecim ictibus contusa. Quæ
 cam

Diversis
 Sicij
 supplicij
 afficiun-
 tur.

Casarius
 Levold in
 Chron.

Marcano
 Godefrid.
 in annal.

2100 mar-
 cu scribit.

Friderico
 Jsenbur-
 gicus ca-
 ptivus

Coloni-
 am dedu-
 citur.

Et con-
 fractis
 membris,
 rotæ im-

tam constanti patientique animo pertulit, ut nec gemitu, nec voce doloris signa edere auditus fuerit. Laceratum deinde corpus attractum funibus in feralem rotam; in eaque ad matutinas usque preces vivus hæsit, haud aliud à circumfusi populi multitudine rogando, quam ut supremum Deum suis precibus sibi propitium redderet; quæ ingenti omnium commiseratione excepta sunt. Præclaro simul documento, neminem quamlibet magnorum scelerum reum, si poeniteat, repelli à misericordia Dei; & pro magnitudine delicti suscitari sæpe uberiores gratiæ fontem. Quod D. Engelberti patrocinio, cum moriens pro inimicis suis oraret Deum, adscribendum censuit. Ferunt & matrem sub rota stersisse, vota que pro filio concepisse eundi ad limina Apostolorum, construendique Monasterium; in quo vitam exegerit, placando Deum pro filij delicto. Uxor Comitis ex claro Limburgicorum Ducum sanguine haud multo post subita morte extincta. Repertumque cor ex continuo doloris pulsû ita attenuatum, ut fabæ vix magnitudinem excederet. Qui supplicij acerbiter expendere, scribunt supra christianam pietatem & mititatem savitum in Comitis supplicio. Auctor est Trithemius ab hoc supplicio Comitis miracula, quæ ad sepulchrum Engelberti frequentia patrabantur, cessasse. Sed rariora illa fuerint; quando inter hæc in pervigilio D. Matthæi Henricus Mollenarckius Colonienfis electus Archiepiscopus à Theodorico Trevirorum Archiepiscopo, presentibus omnibus ejus Metropolis Episcopis solemnî ritu consecratus; uti id à Godefrido relatum est; qui si provinciales illos Episcopos numerasset, certius nobis constaret, quis Engelberto exauctorato in Osnabrugensi Sede subrogatus esset. Sed cõ nobis in Episcopatu Paderbornensi ex hoc anno ad Successorem expeditior certiorque transitus est.

postus,
pie & pœ-
nitens
moritur.

Willel-
m
Henricus
Molle-
narckius
Archiep-
Colon.
confe-
cratur.

WILLE

WILLEBRAND,

XXII.

EPISCOPUS PADERBORN.

Willebrandus ex familia Comitum Oldenburg. & Præposito Hildesienſi deligitur Episcopus Paderborn.

Igitur Oliverus, ut diximus, innumerum Cardinalium, & Episcopum Sabinensem provectus, quando duos simul Episcopatus retinere fas non erat, renunciavit Paderbornensi. Quod ipsum cum & ille perſcriberet ad Canonicos majoris Eccleſiæ, & Honorius Pontifex literis ſupra relatis poteſtatem faceret alium in ejus locum ſubrogandi Episcopum, Canonici Cathedralis Eccleſiæ una ſuffragiorum conſenſione delegere Willebrandum, virum ea tempeſtate ex illuſtrium Comitum Oldenburgicorum familia celebrem. Quippe qui à Parentibus, uti Henricus Pantaleon ſcribit de viris illuſtribus Germaniæ, à prima ætate ad ſtudia literarum traductus, ob ingenij felicitatem in omni ſcientiarum genere & virtutum cultu mirifice inter æquales ſemper excelluit; eoque primùm inter Canonicos Paderbornenſis Eccleſiæ cooptatus, præclarum pietatis, ac religionis ſpecimen dedit. Deinde, ut Heida ex alijs quibuſdam refert, Zutphanienſis, & à magna Capituli parte Trajeſtenſis Præpoſitus delectus. Poſtremùm, quod extra controverſiam, Hildesienſis Præpoſitus factus eſt; ad quos tamen dignitatum gradus non niſi ab anno Mccxi eſt provectus, quòd hoc anno adhuc Paderbornenſis ut Panthaleon refert, ſeu Hildesienſis Canonicus fuerit (ut ex ipſius Willebrandi literis certum) profectionemque in terram ſanctam, ſeu voti ſeu pietatis cauſa ſuſceperit. Quam ille peregrinationem, cum Canonicis adhuc in comitatu Ducis Auſtriæ & Hermannii de Salza Magiſtri Alemanorum ſuſcepſiſſet, totum illud iter perluſtratæ Palæſtinæ eleganti, ut tum ferebant tempora, narratione complexus eſt; uti hæc in Bibliotheca Brunenſis Monafterij apud Sueſſionem reperta, & à Luca Holſteinio deſcripta, communicataque cum Leone Allatio; quòd ſcriptum vir ille doctiſſimus tanti fecit, ut typis Colonienſium in publicam lucem protulerit, perpetuum Willebrandi Episcopi noſtri monumentum. Seu nunc Willebrandi doctrinam ex erudita hæc hucubratione, quam brevitatis ſtudio hic omittimus: ſeu magis religio-

nem pietatemque aestimare libet; illustre sanè virtutis doctrinæque specimen ex privata Canonici vita dedit. Ob quæ decora haud immerito postea ad Præpositi dignitatem in Ecclesia Hildesienſi expectatus est; itaque in illo munere se probavit, ut publicis etiam Imperij negotiis admotus inclareſcere cœperit. Quapropter mortuo Olivero à Canonicis nostris ex aliena Ecclesia Episcopus delectus, ante exitum hujus anni Episcopatum adiit; quod hiſce Willebrandi tabulis, quibus cum Collegio Cathedrali Hildesienſi liberaliter transigit, certum facimus.

Beka in Willeb.

Willebrandus Dei gratia Paderbornensis Episcopus, universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem. Prasenti scripto protestamur, quod cum Conradus major Præpositus, et Capitulum Hildesimensis dampnis, injuriis, actionibus, qua sibi contra nos occasione administrationis nostræ in Præpositura Hildesimensi competere dicebant, sponte renuntiassent; Nos maiores beneficiorum multiplicium, quibus Ecclesia Hildesimensis nos à primis temporibus nostris honoraverat, liberaliter eis in re-compensationem dampnorum, si qua ex parte nostra sustinuerant, quinquaginta libras contulimus, easdem in manus Dominorum C. Hildesimensis Episcopi, et F. quondam ejusdem loci Episcopi, promittentes XX libras in die Purificationis beatæ Virginis, X libras infra festum Pentecostes, et XX libras in die beati Michaelis persolvendas; ut sic omnis rancor et animi convalescat, et familiaritatis et amicitia consueta serenitas inter nos conservetur. Acta sunt hæc anno Domini MCCXXVI, III Calend. Novemb.

Multum, ut opinari fas est, commendavit Willebrandi electionem Oliverus, qui per id tempus Romæ agebat, sollicitusque erat de optimo Successore in Ecclesia Paderbornensi constituendo. Multum præterea egerit Conradus Hildesienſis Episcopus pro suo Præposito substituendo, vir, qui postquam Parisiis in omni scientiarum genere excelsus fuerat, primum præco crucis bellicæ adversus Albigenses in Gallia multa præclare egerat; deinde orator belli facti per Germaniam populares suos ad signa in Palestinam evocarat, & Honorio Pontifice, ut supra monuimus, peragrando regiones, eademque, quo Oliverus, merito factorum laborum & virtutum ad Episcopatum Hildesienſem proventus erat; tum verò clarus in aula Pontificis & Friderici Imperatoris publicis pro Christiana Repub. legationibus operam dabat, ultero citroque inter Pontificem & Imperatorem commeans magno imprimis apud Fridericum Imperatorem loco, uti testantur diversa Ecclesiæ Hildesienſis diplomata; quorum alio Imperator Parmæ confirmat emptum Dapiferi munus ejusdem Ecclesiæ: alio item, quæ intercesserat inter Goslarium Præpositum, acque ipsam Conradum Hildesienſem Episcopum,

Willebrandi electionem præmoverit Conradus Episcopus Hildesienſis.

Nnnnn

pura,

pum, decidit: alio exuvias defuncti Hildesienſis Episcopi relinquit Eccleſiæ Hildesienſi. Igitur hic Conradus, qui Præpoſiti ſui virtutes optimè cognitas habebat, pro Willebrando Oliverio ſubrogando impenſè laboravit.

*Braſchius.
Kerſenbr.
Beka in
Chron. Tra-
jeſt.
Heida in
Chron.
Buchel.
Hiſtor.
Brem. Ar-
chiep.
Hammel in
Chron.
Old.
Gelenius.*

Accessit ad cetera Willebrandi ornamenta claritudo generis; quippe qui ex veteri & illuſtri Comitum Oldenburgicorum familia ortus erat; quod cum noſtrorum faſtorum auctoribus tradunt Beka, Heida, Buchelius, ceterique Trajeſtensis Eccleſiæ (adquam poſtea translatus eſt Episcopus) Scriptores: habuitque ex ea familia Oldenburgicorum Bremensis Eccleſia duos præſtantes Archiepiſcopos Hildeboldum & Ottonem; fallunturque qui Ottonem Willebrandi patrum faciunt, cum is anno Mcccxliv demum Archiepiſcopus delectus ſit.

*Wille-
brandus
Ep. diver-
ſas lites
& con-
troverſias
compo-
nit.*

Ceterum Willebrandus Episcopus noſter poſt electionem, cui Paderbornæ præſens interfuiſſe refertur ab Heida, magna omnium gratulatione collocatus in ſolio, ſacramque præſecturam auſpicatus, ſedulus fuit in perlustranda diœceſi & Cleri diſciplina, in demerendis Canonicorum & Miniſterialium animis, in componendis domeſticorum & vicinorum controverſijs. Quare cum per id tempus graviter inter ſe diſſiderent de paternis bonis Ludovicus & Otto fratres, Ravensbergæ Comites; Willebrandus Episcopus noſter, & Hermannus Comes de Lippia, ac filius ejus Bernardus utrumque in certas pacis leges reconciliarunt: quibus Ludovico Ravensberga & Biſfeldiæ Oppidum, Ottoni verò Vlota & Vochta, & quæ ſingulis circumpoſita ſunt hereditaria bona cederent; quibus fratres acquievère. Hunc in modum lis, quæ intra Volquinum Swalenbergensem Comitem, & Abbatem Cœnobiumque Abdinghovanum ſuper prædio Eskerdorpiano intervenerat, auctoritate & iudicio Willebrandi compoſita eſt. Extant hac ſuper re Willebrandi Episcopi tabulæ. Actaque hæc referuntur anno verbi Incarnati Mcccxxvi, Indictione xiv. *Testes adſcribuntur Volradus Præpoſitus, Volquinus de Sovalenberg, Amelungus, Hermannus majoris Eccleſiæ Paderbornensis Canonici, tam Laici quàm Miniſteriales aliique quam plures.*

*Et bene-
facit Ab-
dingho-
vianis.*

Extant & aliæ ex hoc anno Willebrandi Episcopi literæ, quibus præclare meritis de Alberto Abbate, ejuſque Cœnobio Abdinghoviano, villam partim emptam, partim à ſe donatam tradit Cœnobitis. *Facta eſt hæc donatio, ut loquitur Episcopus, curia noſtra Anno Dominice Incarnationis Mcccxxvi, Indictione xiiii Pontificatus noſtri anno I. Hujus rei teſtes ſunt Volradus Præpoſitus, Amelungus Decanus, Volbertus Cellerarius, Hermannus Cuſtos, Hartmannus Sacerdos, Albertus Diaconus de Eccleſia BB. Petri et Pauli, Lippoldus Comes*

et fratres ejus, præterea milites et Ministeriales nostri, et alii quam plures. Cetera quæ à Willebrando primo ejus anno gesta sunt vctustas subduxit.

Annus Christi 1227.

Gregorij IX Pont. 1.
Friderici II Reg. 45. Imper. 8.
Willebrandi Ep. Pad. 2.

Consequitur nunc annus Christi Mccxxvii, quo Honorius Pontifex 15 Aprilis excessit è vita, subrogato mox in ejus locum Gregorio IX. Nihil per extremos vitæ annos sollicitius egerat Honorius, quam ut Christianos Principes ad expeditionem sacram permoveret. Et jam Ludovicus Thuringiæ & Hassiæ Landgravius, D. Elisabethæ conjux, Princeps religiosissimus ingentem ex his regionibus contraxerat exercitum, quo in Italiam progressus, expectabat Bründusij Fridericum Imperatorem, supremum hujus expeditionis Ducem. Sed illo, ut jam multos annos fecerat, tergiversante, & per fallacias eludente omnium expectationem, moritur interim in Apulia incredibili omnium luctu Landgravius; deinde florentissimus ille exercitus, ad quem ex Gallia, Anglia, ceterisque provincijs confluerant supra quadraginta millia selectissimorum militum, aut dilapsus, aut caloribus Italicis extinctus est, multique ijs quibus venerant navibus recessere. Et quia omnis mali auctor Fridericus Imperator, à Gregorio Pontifice extra communionem sacrorum piorumque ejectus est. Non tamen defuere è Germanis, qui cum Henrico Duce Limburgico in Palæstinam penetrarint. His licet Imperator invisus; eo tamen jubente, Henricus Rex filius, cui in locum D. Engelberti tutor erat datus Ludowicus Baviariæ Dux, Aquigrani frequentissimum habuit Principum conventum; ad quem accessere Coloniensis, Moguntinus, Trevirensis Archiepiscopi, multiq; cum his Episcopi, Duces Austriæ, Baviariæ, Carinthiæ, Lotharingiæ, Comes Flandriæ, atq; ingens procerum multitudo. Eo in congressu Agnes Leopoldi Ducis Austriæ filia, Henrici Regis conjux, ab Henrico Mollenarckio Coloniensi Archiepiscopo coronata est. Subinde Henricus Palatinus Ottonis IV Imperatoris frater defunctus est, nullo masculino herede superstite, quippe quem mors ante XII annos rapuerat; filiarum tamen duarum illi fuere, quarum natu major Friderico Imperatori Brunswicum vendiderat: altera natu minor Agnes Ottoni Ludovici Baviariæ Ducis filio denupta erat, quacum Palatinatus Rheni in dotem venit à Saxonibus ad Bavaros cum Leonum insignibus translatus. Morte igitur Henrici Ducis vicinum nobis bellum exardere cœpit, Henrico Rege Brunswicum, quod pater eme-

bellus
mullus
in
Godefrid.
in Annal.
Urbisberg.
Richard.
Albert.
Stad.
Odoricus in
hist. Ecclæs.
Frideri-
cus Imp.
expedi-
tionem in
Palæsti-
nam re-
tardat.
Alber.
Stad.
Crantz. libi
7. Saxo. ca
40.
Hist. Bremi
Archiep.



Bellum
inter Re-
gem Da-
niae, plu-
resque
Saxoniae
& Septen-
trionales
Principes

rat, poscente. Sed his praevertit Otto Wilhelmi Ducis Lunenburgici filius, unicus ex familia Henrici Leonis masculus heres: urbeque intercepta, Brunswici non minus quam Luncburgi se possessorem asseruit; quanquam infelici Principatus auspicio. Quippe hoc anno grave bellum exortum inter Waldemarum Regem Daniae, & Nortalbingiae Dominos, Gerhardum Archiepiscopum Bremensem, Albertum Ducem Saxoniae, Henricum Zwerinensem & Adolphum Schawenburgi Comites. Commissoque acri ac memorabili praelio ad Burnhovedam, Rex quidem fuga elapsus; sed Otto Dux Lunenburgicus, a Zwerinensi Comite captus in vincula abripitur, quibus exolutus, anno 1235 a Friderico Imperatore Moguntiae Lunenburgi & Brunswici Dux solemniter pronuntiatur, fundatissimae huiusfamiliae in suos etiam horum temporum nepotes propagator. Hac victoria postquam Otto Dux Lunenburgi captus, & Henricus Palatinus obierat, Gerhardus Bremensium Archiepiscopus, decus Comitum Lippiensium nostrorum, postliminio Stadani & Comitatum Stadensem ab Henrici Leonis familia repetitum Ecclesiae suae reddidit. Quippe post excessum Henrici Leonis ex partitione bonorum inter ejus filios facta, Ottoni Imperatori cessit Brunswicum, Wilhelmo Lunenburgum, Henrico Palatino ea bona, quae trans Albim in Nortalbingia acquisierat Leo. Omnia haec demum ad unum Ottonem Wilhelmi filium incidere.

* Archie-
piscopo
Coloni-
ensi Co-
mitem
Teelen-
burgen-
sem bello
aggresso
adstitit
Episcopus
Osnab-
rug. Co-
mitis fra-
ter.
Cui pro-
pterea,
ejusque
Ecclesiae
Osnabr.
Archiepi-
scopus
Colon.
donat bo-
na a Tec-
lenburg.
Comite
ex feudo
possessa.

* At propius nobis bellum trahebatur in obsidione arcis Teclenburgicae, quae hoc anno, ut diximus, a Coloniensi Archiepiscopo ultore necis D. Engelberti expugnata. Belli hujus, quod mirere, adiutorem habuit Engelbertum Osnabrugensem Episcopum, Ottonis Teclenburgensis Comitis fratrem, quem Otto invitum e Caenobio Jburgensi Ordinis D. Benedicti Monachum proceperat ad Episcopatum, ratus, quae Advocatus ejus Ecclesiae per spolia egerat, multo sibi liberiora fore favore Episcopi fratris; sed vindicem ille nullum acerbiorem expertus; eoque Ottonem fratrem redegit partim censuris Ecclesiasticis, partim minis armisque, ut Advocatiae renunciare, castra bonaque, quae rapuerat, Ecclesiae reddere coactus sit. Praestantior etiam Episcopus quam Monachus, qui exuto sanguinis affectu patrimonium Christi ante familiae habuit. Hunc virum ut sibi arctius devinciret Mollenarckius Archiepiscopus, possessiones, quas Otto Comes frater ante ex feudo Coloniensis Ecclesiae tenebat, ipsi & Osnabrugensi Ecclesiae dedit. Quod hisce tabulis, quibus res per Westfaliam hisce temporibus gestae illustrantur, demonstrare haud incongruum erit.

Henricus Dei gratia sanctae Coloniensis Ecclesiae Archiepiscopus, ceterisque Ecclesiae Coloniensis Priores, omnibus praesens scriptum intuentibus

bas salutem in vero salutari. Licet Coloniensis Ecclesia Osnabrugensi ratione Metropolis ad necessitatum sublevationem quodam modo teneatur: tamen quia specialem seruitiorum exhibitionem, et fidelitatem mater in filia adinvenit, specialiter se sibi secundum formam infra scriptam obligare decrevit. Quamobrem tam presentibus quam futuris notum esse volumus, consensu communi, utriusque Ecclesie predictae, tam Cleri quam Laicorum sic esse firmatum, ut qualibet illarum ad mutuam vicissitudinem consilii et auxilii alteri perpetuo sit astricta, unaquaeque iniurias alterius ad invicem propulsando, violentiis pro posse et viribus cum effectu resistendo.

Castrum vero Teclenburg cum quatuor curtibus, videlicet: Liden, Brutterbecke, Linge, Mullinghusen, quae Otto Comes Teclenburgensis propter conspirationem necis facinorose D. Engelberti pia memoriae Coloniensis Archiepiscopi demeruit, Coloniensis Ecclesia tanquam feoda sibi de jure vacantia, cum alijs feodis suis resumit, sed quatuor mansiones ad quatuor Castellanos institutos in eodem castro, Osnabrugensi Ecclesiae titulo donationis relinquit: Proprietates hereditarias et omnes ministeriales quondam Comiti Teclenburgensi attinentes, praefatae Ecclesiae aequaliter inter se dividunt, unaquaeque alteri in sua portione obtinenda auxilium, et consilium ad invicem prestando. Si de Villa Linge curvia fuerit constructa, medietas omnium proventuum, sive in Thelonio, sive moneta, sive in iudicio consistat, Osnabrugensi Ecclesiae cedet. Si vero inflatu, in quo est, persiterit, nihilominus medietas cum omnibus proventibus, ut supra dictum est, cedet, exceptis his, quae curia Linge pertinere noscuntur, quae cum ipsa curia specialiter ad Coloniensem referuntur Ecclesiam, divisione autem Ministerialium facta, si quis ex his ab una parte ministerialem alterius partis traduxerit in uxorem, ad vinculum initi foederis et amicitiae inter praefatas Ecclesias fortius consolidandum, uxor sine aliqua commutatione libere virum sequatur, Ministeriales praedicti conditione, quae sub Ottone quondam Domino eorum gaudebant, si ipsam conditionibus Ecclesiarum praegerint, gaudebunt, sin autem conditionibus Ecclesiarum gaudebunt. Ex parte utriusque Ecclesiae sex Ministeriales praesententur, qui inter utriusque Ecclesiae Ministeriales decident, si quid inter ipsos emergerit quaestiois. Si autem per ipsos decidi non poterit, ad ipsorum superiores scilicet Archiepiscopum et Episcopum quaestio deferatur decidenda. Expugnatione castri Teckelencborg facta, infra spacium sex septimanarum praedicti Archiepiscopi et Episcopi ad divisionem hereditariae proprietatis et Ministerialium, de quibus supra dictum est, proportionandam consedebunt, et divisione distincta uter eorum praerogabat, forte dirimetur Osnabrugensis Ecclesia feoda quae Comes Otto quondam ab ipso tenuit, tanquam de jure vacantia resumat, atque ut haec superscripta confederatio perpetuo valitura, rata et inconvulsa permaneat, Sigillorum nostrorum appendicis ipsam diximus roborandam. Presenti confederationi interfuert Conradus major Praepositus et Archidiaconus, Henricus Praepositus

tus S. Severini, Bruno Præpositus S. Cuniberti, Gerrardus Præpositus sanctorum Apostolorum, Henricus Præpositus S. Georgii, Arnoldus Decanus ibidem, Decanus Sanctorum Apostolorum, Lupertus S. Mariae ad gradus, Albertus Subdecanus Majoris Ecclesie, Abbas S. Pantaleonis, Inter fuerunt etiam Laici Hermannus de Mullenarcke, Theodoricus de Roisowe, Hermannus de Alvetere Marschalcus, Theodoricus Dapifer de Moninckhusen, Franco Pincerna Gerhardus filius Advocati Coloniensis, Godefridus de Bacheim Camerarius, Wilhelmus Sildenck, Gosvinnus filius Marschalci, Richvinnus Marschalcus, et alii quam plures tam Clerici quam Laici. Acta sunt hæc anno 1227, mense Augusto.

Godefrid. in
Annal.
Beka in
Chron. Ul-
traject.
Hesda in
Chron.
Ultraject.
Albertus
Stadens.
M. Chron.
Belgi
Ubbo Em-
muis.
Otto Epi-
scopus
Ultraject.
occumbit
in bello,
quod gel-
sit contra
Tventi-
os.

Quàm felix hic annus Gerhardo Bremensium Archiepiscopo, tam infaustus fuit Ottoni Ultrajectensi Episcopo, Gerhardi Archiepiscopi fratri, bello quod contra Rudolphum Covordiae Præfectum & Twentones gessit. Origo causaque hæc erat: diffidebant capitali odio inter se Egbertus Groningæ, & Rudolphus Covordiae Præfectus, Ottonis Episcopi ministri, Rudolphus concitatis ad rebellionem Trentonibus, quos nunc Twentios dicimus ausus Groningam obsidere, & premere ad deditorem. Episcopus hanc sui clientis Egberti injuriam, & Rudolphi audaciam ulturus, imploratis vicinorum auxiliis, arma induit. Accessere in belli societatem Gerhardus Geliæ, Florentius Hollandiæ, Theodoricus Cliviæ, & Balduinus Benthemij Comites. Submissæ præterea ab Henrico Coloniensi Archiepiscopo, & Ludolpho Monasteriensi Episcopo copiarum, quarum Dux Bernardus de Horstmaria, veteranus miles, eaque tempestate facile celeberrimus. Lustrato ad Arnhemium exercitu, processum in Tubantiam adversus Rudolphum. Is ad hostis adventum soluta Groningensi obsidione haud procul Covordiae ad vastam paludem se objicit; in quam dum Episcopi exercitus ductore Domino de Gohre vexillifero præcipitantius quam cautius movet, defertur in loca crebris paludibus impedita, & stagnis fœda, in quibus, nec pedem figere, nec agmina jungere, nec aciem explicare licuit; magisque oblectandum erat cum paludibus quam hostibus. Trentones locorum gnari, postquam agmina hostium paludibus immersa, avulsaque à mutua ope conspexerunt, aliud post aliud aggressi, miserandum in modum contrucidaverunt. Ingens & deploranda illa strages fuit festo Pantalconis die, Alij telis clavisque confixi, alij aquis hausti, alij ab ignavis & mulieribus etiam interempti: fugitivos Rudolphus edita ubique corde in seram noctem est insecutus. Capti in potestatem hostium venere Gerhardus Geliæ Comes, Balduinus Benthemij Comes, Giselbertus Amsterlandiæ toporcha, Theodoricus Comes de Lippia, Episcopi frater, Præpositus Daventriensis; & quod omnium cala-

calamitosissimum fuit, ipse Episcopus Otto interceptus & barbarum in modum tractatus memoratur. Nam verticis suprema cutis, quantum etiam Sacerdotali corona venerabilis, detracta & cum carne ad cranium cultris gladiisque derasa; multis inde probris illusum & vulneribus faucium, proculcatumque pedibus, ipsis Calendis Augusti abjecere in coenum. Tantum furor etiam christianae plebis in sacratissimos praesules ausus. Corpus demum integerimi Episcopi cruore tabidum clam fidi homines extraxere, quod exinde Trajectum deportatum, & magno omnium luctu in Basilica honorifice conditum. Obijt administrato in xiii annum praecleara cum laude Episcopatu, vir insigni religione, qui cum Friderico Imperatore, ut supra retulimus, in Palaestina profectus, & Patrem, quem habuit Bernardum Comitem Lippiensem, post Monachum & Abbatem, consecravit Lealensem Episcopum.

Occubuit & inter ceteros bellicosos hujus cladis viros Bernardus Horstmariae dynasta, heros ea tempestate longe celeberrimus qualem ex Palaestina bello contra Saracenos, & ex praelio ad Bovinas, aliisque certaminibus produximus. Nec inultus postremum concidit; nec quisquam illo gloriosior ad Covordiam decertavit, quippe qui ceteris circum se aut prolapsis, aut profugis, stabat immotus; & cum lubricus paludis locus subsideret, quo minus firmum satis pedem figere posset, clypeum subjecit pedibus; cui ad extremum insistens, pugnabat acerrime: stabatque tanquam ferox & Martius leo inter strata circum se cadavera hostium, quos confoderat; donec irruentium multitudine pressus, detruderetur in imam paludis voraginem, ubi telis & aquis obrutus occubuit. Corpus haud multo post e paludibus extractum, Horstmariamque delatum, paterno sepulchro conditum; ubi hodie in choro templi Horstmarientis vetus inscriptio hanc caesi herois memoriam servat.

In quo & caesus Bernardus Horstmariae dynasta, celeberrimus hoc tempore dux.

Annis bis denis septenis mille ducentis,

Ad vada vaccina patuit miseranda raina

Bernard Tyronis in festo Pantaleonis.

Patrio quoque versu haec adscripta:

Dit was de beste in sinen Dagen/

Dat horet man von Heiden und Christen sagen/

Seck will ein nennen up den Port

Vor Covort ward er ermord.

Aliud

Aliud vetus epitaphium viri sic habet:

*Alheidis multa jacet hic virtute sepulta,
Cujus erat natus Bernardus prole beatus,
Magnanimus turbis, praefectus nobilis urbis,
Horstmaria Dominus cuius pars ultima limus.*

Vir fuit procero corpore, robustis membris, vultu Martem spirante, animo militari, & ad omnes belli casus intrepido, qui per 40 annos omnibus fere belli interfuit, ea militis ac ducis laude, ut à Scriptoribus omnium Teutonicorum famosissimus, & Westfaliae Achilles appelletur. Filium heredem reliquit Ottonem Horstmariae Dynastam; fuereque ex ea familia ad Valarense praelium superstitēs, quo postremi occubuisse creduntur, quos in Valarenfi Praemonstratensium templo sepultos cippus exhibet. Horstmaria demum totaque Toparchia Episcopis Monasteriensibus cessit.

At Trajectenses non tam clade suorum (quàm alij quadringentorum militum, alij quingentorum censuere) percussi, quàm crudeli & barbara Episcopi nece exacerbati, consilia habuere de vindicta & Successore Episcopo, qui se ultorem ferret. Accensi omnium animi, postquam Florentius Hollandiae Comes cum Ecclesiae illius clientibus Trajectum advenit, Is qua erat auctoritate & gratia apud omnes, egit pro consanguineo suo Willebrando Paderbornensi Episcopo ad Ultrajectinam Sedem postulando; quòd Comite Oldenburgico natus, multos Comitum procerumque ad societatem belli attracturus esset. Accessere per id tempus, quo haec in deliberationem venerant, ex captivis Comes Gelriae, & Amsterlandiae Dynasta, ad certos dies relaxati pro curandis vulneribus. Hi postquam culcitris deportati in concilium Canonicorum, liberationem sui & vindictam oravere, ingens omnium dolor, motusque animorum renovatus est, ad ulciscendam Episcopi sui necem. Itum deinde à Canonicis in concilium electionis, circumspectisque omnibus, convenere suffragijs in Willebrandum Paderbornensem Episcopum: Hunc rati virum, ut Scriptores commendant, syncerum, constantem, strenuum, qui pro excelsò animo illatam à rebellibus cladem ulturus esset.

Willebrandus Ep. noster postulat ad regendam Ecclesiam Ultrajectensem.

Verùm cum haec agerentur, Willebrandus absens erat, versabaturque in Italia apud Fridericum Imperatorem publicis Imperij negotijs impeditus, uti Becca & Heida scribunt. Hinc missi sunt in Italiam viri probati ex Clero, qui & Willebrando denunciarent electionem, & siquidem ipse ratam haberet, à Gregorio IX Pontifice peterent translationem à Paderbornensi Ecclesia ad Ultrajectensem.

buila

Ante

Antè tamen quàm in Italiam proficisceretur Willebrandus, majorem partem hujus anni transegit Paderbornæ in Ecclesia sua. Nam publicas ejus tabulas possidemus ex tabulario Abdinghoviano in hunc modum inscriptas. *Willebrandus Dei gratia Paderbornensis Episcopus, Wolradus major Præpositus, Conradus Thesaurarius, et Hermannus Canonicus, iudices à Sede Apostolica delegati, omnibus presentem paginam inspecturis salutem.* Eis verò, quam à Gregorio IX. Pontifice cognoscendam & judicandam accepit, erat inter Albertum Abbatem Cœnobij Abdinghoviani, & Theodoricum ac Ludgerum Comites de Insula, vexatores Cœnobij, quos Willebrandus Episcopus inter se composuit. Quæ acta referuntur Anno ab Incarnatione M C C X X V I I. Alij rursus tabulis liberalem decimarum donationem fecit Cœnobio Marienfeldensi. *Hujus rei testes Volquinus de Sorvalenberg, Hermannus Bolico, Joannes Scholasticus, Volbertus Cellerarius, Hugo, Ludolphus, Widekindus Camerarius, Conradus Thesaurarius, Rubodo, Geringus, Ezechardus, Joannes nostri Canonici, Jodocus de Wecken S. Petri Canonicus, Moguntinus, Thetmarus, Lambertus, Godeschalcus, Bertholdus Vicarius, Lippoldus Comes, Conradus frater ejus, Henricus Camerarius, Joannes Stapel, Hermannus, et Henricus fratres de Oriente, Amelungus filius Henrici Dapiferi.* Aliæ præterea literæ adsunt ex Gerdensium Virginum tabulario, quibus Albertus Paderbornensis, & Gerdensis Abbas, ut se inscribit, donationem Gerhardi Sacerdotis ratam habet, quam anno gratiæ M C C X X V I I, Indictione X V, Pontificatus verò Willebrandi secundo, consignatam asserit. Quæ publicarum literarum testimonia proferre necesse habuimus adversus eos, qui scribunt Willebrandum toto illo biennio sui Episcopatus abfuisse ab Ecclesia sua. Quod verò Ultrajectenses Scriptores referant Willebrandum, cum eorum Episcopus legeretur, fuisse in Italia, etsi non abnuerim id postremi hujus parte anni fieri potuisse; ijdem tamen cum scribant Willebrandum intra biennium, quo Paderbornensis Episcopus fuit, bis Legatum à Friderico Imperatore in Palæstinam fuisse missum, parum probabile habeo, opinorque multa hic confundi à Scriptoribus illis. Nam etsi de prima ejus profectioe in Palæstinam, quam Hildesimensis Canonicus fecit, satis constet, ut supra relatum est; de secunda tamen certum annum proferre non licet, etsi conjecturæ valere possint. Multò verisimilius habeo, Willebrandum, cum Hildesimensis Præpositus esset, à Conrado suo Episcopo, qui per id tempus Romæ in aula Pontificis & Imperatoris versabatur, in Italiam evocatum esse: cujus deinde opera Imperator, ob generis claritudinem, & Palæstinæ peritiam, virique prudentiam in legationibus usus sit. Sanè si ob famam rerum plæclare in Episcopatu Paderbornensi

Willebrandus
Abdinghovianus
Episcopus
Paderbornensis
Wolradus
Præpositus
Conradus
Thesaurarius
Hermannus
Canonicus
iudices
à Sede
Apostolica
delegati
omnibus
presentem
paginam
inspecturis
salutem
Eis verò
quam à
Gregorio
IX.
Pontifice
cognoscendam
& judicandam
accepit
erat inter
Albertum
Abbatem
Cœnobij
Abdinghoviani
& Theodoricum
ac Ludgerum
Comites
de Insula
vexatores
Cœnobij
quos
Willebrandus
Episcopus
inter se
composuit
Quæ acta
referuntur
Anno ab
Incarnatione
M C C X X V I I
Alij rursus
tabulis
liberalem
decimarum
donationem
fecit
Cœnobio
Marienfeldensi
Hujus rei
testes
Volquinus
de Sorvalenberg
Hermannus
Bolico
Joannes
Scholasticus
Volbertus
Cellerarius
Hugo
Ludolphus
Widekindus
Camerarius
Conradus
Thesaurarius
Rubodo
Geringus
Ezechardus
Joannes
nostri
Canonici
Jodocus
de Wecken
S. Petri
Canonicus
Moguntinus
Thetmarus
Lambertus
Godeschalcus
Bertholdus
Vicarius
Lippoldus
Comes
Conradus
frater
ejus
Henricus
Camerarius
Joannes
Stapel
Hermannus
et Henricus
fratres
de Oriente
Amelungus
filius
Henrici
Dapiferi
Aliæ præterea
literæ
adsunt
ex Gerdensium
Virginum
tabulario
quibus
Albertus
Paderbornensis
& Gerdensis
Abbas
ut se
inscribit
donationem
Gerhardi
Sacerdotis
ratam
habet
quam
anno
gratiæ
M C C X X V I I
Indictione
X V
Pontificatus
verò
Willebrandi
secundo
consignatam
asserit
Quæ
publicarum
literarum
testimonia
proferre
necesse
habuimus
adversus
eos
qui
scribunt
Willebrandum
toto
illo
biennio
sui
Episcopatus
abfuisse
ab
Ecclesia
sua
Quod
verò
Ultrajectenses
Scriptores
referant
Willebrandum
cum
eorum
Episcopus
legeretur
fuisse
in
Italia
etsi
non
abnuerim
id
postremi
hujus
parte
anni
fieri
potuisse
ijdem
tamen
cum
scribant
Willebrandum
intra
biennium
quo
Paderbornensis
Episcopus
fuit
bis
Legatum
à
Friderico
Imperatore
in
Palæstinam
fuisse
missum
parum
probabile
habeo
opinorque
multa
hic
confundi
à
Scriptoribus
illis
Nam
etsi
de
prima
ejus
profectioe
in
Palæstinam
quam
Hildesimensis
Canonicus
fecit
satis
constet
ut
supra
relatum
est
de
secunda
tamen
certum
annum
proferre
non
licet
etsi
conjecturæ
valere
possint
Multò
verisimilius
habeo
Willebrandum
cum
Hildesimensis
Præpositus
esset
à
Conrado
suo
Episcopo
qui
per
id
tempus
Romæ
in
aula
Pontificis
& Imperatoris
versabatur
in
Italiam
evocatum
esse
cujus
deinde
opera
Imperator
ob
generis
claritudinem
& Palæstinæ
peritiam
virique
prudentiam
in
legationibus
usus
sit
Sanè
si
ob
famam
rerum
plæclare
in
Episcopatu
Paderbornensi

Antè

Willebrandus obstitit dissolutioni claustris & communis vitæ, quam Canonici Cathedralis postulabant.

Willebrandus decessoris sui Episcopi necem ulturus, feliciter in Twentios movet.

Rebellantem Rudolphum, Covordie præfectum,

nenſi geſtarum ab Ultrajeſtensibus ſit expetitus Epiſcopus, ut ipſi Scriptores Ultrajeſtenses fatentur, neceſſe eſt Willebrandum maximam biennij partem ex egiſſe in Paderbornenſi Epiſcopatu; multaque deſiderari ab eo laudabiliter geſta, quæ temporum injuria ſubtraxit. Dignum interim memoria, quod de Willebrando refert Panthaleon. Cum omnes Canonici Paderbornenſes majoris Eccleſiæ jam opibus & bonis abundantes peterent, diſſoluta clauſtri & regularis vitæ diſciplina, factaque bonorum partitione, in privatas ædes & ſeparatas habitationes ſecedere (quemadmodum jam paſſim in alijs Cathedralibus Collegijs receptum erat) obſtitit conſtanti animo Willebrandus, negavitque ſas ſibi eſſe communis vitæ inſtitutum, quod à tot ante ſe ſanctiſſimis Epiſcopis acceperat, primum laxare. Quod tamen paulò poſt à Succeſſore, ut dicemus, impetratum eſt.

Poſtquam igitur Willebrandus auctoritate Gregorij IX Pontificis ad Ultrajeſtensem Eccleſiam translatus eſt, pro Tribunali, in conſeſſu omnium procerum ſuæ Eccleſiæ & Vaſallorum, Comitem Gelriæ liberum pronunciauit à reditu ad captivitatem. Deinde Rudolphum Covordienſem Præfectum rebellionis neciſque Ottonis Epiſcopi reum proſcripſit; in quem mox collecto ex Trajeſtensi diceceſi & tota Friſia exercitu movit. Inde partito in ſex agmina milite, ad prælium proceſſit. Objecere ſe Trentones in ſex cuneos diviſi, quos Willebrandus ex omni parte circumventos ad prælium ſtitit, conſertaque pugna obtinuit, fugientes in ſeram noctem proſequendo. Qua clade conſternati Covordienſes & Trentones datis obſidibus ſupplices ad arbitrium Epiſcopi ſe ſubmiſere. Willebrandus, qua erat clementia, nullo in Rudolphum ſupplicio ſtatuto, ijs tantum conditionibus recepit in gratiam, Caſtella Covordie & Lare ſibi traderet; juridiſtionem totius Twentia Eccleſiæ S. Martini redderet: tria marcarum millia pro illatis damnis perſolveret: centum armigeros in Livoniam mitteret: Monasterium inſtituti D. Benedicti conderet, quo xxv Virgines alerentur. His tranſactis, Covordiam impoſito milite recepit, ac Lare Caſtro funditus everſo, victor magno omnium ordinum plauſu Trajeſtum ingreſſus eſt.

Haud multò poſt, altero nimirum Epiſcopatus anno, cum egre ferret Rudolphus Covordie ac totius Twentia præfectura ſe ſpoliatum, homo perfidus ad dolos converſus, unum ex Caſtrenſibus corrupit; à quo dum ceteri in ſuburbium invitantur, ipſe ex inſidijs prorumpens, Covordiam denuo occupat, caſisque cuſtodiibus, milite ſuo complet. Quo cognito, Willebrandus Epiſcopus Harden-

Hardenbergam properat; contractoque istic milite, quod omnes circum paludes gelu induratae consisterent, solerter composuerat, transitis per glaciem fossis Covordiam oppugnare; & consilium processisset, nisi ea nocte levi vento glacies dissoluta fuisset. Quare res ad apertum bellum redijt; exactaque hyeme Willebrandus cum instructo exercitu, quem ex Frisijs & Trajectensibus convocarat, circum Hardenbergam castra posuit. Rudolphus conscientia perfidiae anxius, cum extrema sibi metueret, per tres Frisiae Abbates xv dierum inducias petit ab Episcopo, quibus de pace tractetur; interim ille uno comite stipatus Hardenbergam intrat, obstupente Episcopo, audere hominem in conspectum suum venire, nullis adhuc pacis conditionibus de capite securum. Quem ubi Castrenses conspexerunt, e cubiculo ad iudicium trahunt, damnatumque in rotam agunt. Heida capite prius plexum referre visus; sed utrum consensu Episcopi id factum, an furore Castrensium, non satis liquet. Digna certe poena multatus; visisque Trajectenses eodem, quo Colonienfes, supplicio Episcopi sui necem vindicasse. Sed ea poenae acerbitas rursus Twentios ad rebellionem concitavit; ausisque Groningam obsidere, & ultionem Rudolphi sui Egberto Groningensium praefecto intentare: a quo licet cum clade repulsi sint: non destiterunt tamen arma reparare: adscitisque in societatem belli Monasteriensibus, Trentones Covordiam astu militari clam intrant, praesidioque adversus Willebrandum Episcopum praemununt. Hac insolentia Trentinorum rursus provocatus Willebrandus, classicum cani iussit, convolantibus ad arma Frisijs & Trajectensibus, quorum copijs in unum agmen contractis Covordiam procedit; ubi cum reperit Trentones cum innumera multitudine inter paludum angustias consistere ad praelium paratos, veritus ne per superioris Episcopi vestigia militem novae cladi exponeret, retro cum copijs abiit, relictaque in potestate Trentonum Covordia, bellum affectum Successori Episcopo Ottoni tertio Comiti Hollandiae transmisit. Et Willebrandus cum videret Rudolphi supplicio multorum etiam nobilium animos a se aversos, satisque judicaret urbes & castra sua praesidijs firmare, quod reliquum vitae fuit, sacrorum procuratori & disciplinae cleri formandae insumpsit. Praeclarum hujus Willebrandi elogium relictum in Oldenburgicorum Chronico. Quippe moriturus dexteram e fatali lecto tanta fiducia extulit, ut diceret. *Hac manus est, quae nullis unquam muneribus se corrumpi passa est, nec ulli injuriam intulit.* Digna tanto Episcopo vox, quae monumentis inscribatur. Anno dehinc M c c x x x i i i v i Calend. Augusti, gesto in viii annum praecleara cum laude Episcopatu, Zwollis excessit e vita, deportatusque Trajectum in templo S, Servatij, quod cum adjuncto Virgini-

Uti & Twentios; sed irrito successu.

Moritur Willebrandus Zwollis anno 1233

INDEX

Cui succedit in
Episc.
Traject.
Otto III
Hollandiæ Co-
mes.
Beka in Ot-
tone III
Episcopo
Heida in
Ottone III.

num Ordinis Cisterciensis Coenobio è fundamentis exstruxerat, magnifico etiam tumulo decoratus est. Incusantur nostra passim ætate à malevolis Scriptoribus Episcopi haud alio magis, ut præferunt, offensi, quàm quòd posita sacra toga, militare sagum, armaque induerint. At quid ex Episcoporum bonis & donationibus priorum Cæsarium retenturi fuissent? cum non modò vicini circum Comitibus ac nobiles, sed eorum præfecti rebellare, castraque & jurisdictionem & possessiones per spolia rapere ab Ecclesia visi sunt. Inciderunt jam dudum illa tempora, quæ belli necessitatem imponere, & Comitum Ducumq; filios deligere Episcopos suadebant, quorum auctoritate, & potentia familiæ adjuti patrimonia Ecclesiarum conservarent, & rebellium populorum injurias continerent. Eò & Willebrandi Successor delectus Otto tertius Florentij III Hollandiæ Comitis filius, Florentij IV Comitis frater, Wilhelmi Imperatoris patruus ac tutor, gubernatorque tertius Hollandiæ. Hujus Episcopi fortitudine debellati Trentones subactaque Covordia, ad obsequium populi redacti, ac tota Twentia ex rebellium spolio Ecclesiæ Trajectensi reddita est. Hactenus Willebrandum Episcopum nostrum per Trajectensem Episcopatum prosecuti sumus, nunc ordo temporum ad res patrias revocat, quas subsequenter deinde libris latius prosequemur.



INDEX